**Praxeos medicae universae praecepta. 1826-43 / auct. Iosepho Frank.**

**Contributors**

Frank, Joseph, 1771-1842.
Royal College of Physicians of London

**Publication/Creation**

Lipsiae : Kuehn, 1826-1843.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/wzusgzrv

**Provider**

Royal College of Physicians

**License and attribution**

This material has been provided by Royal College of Physicians, London. The original may be consulted at Royal College of Physicians, London.
This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

D2/69-b-12



73
i-1

Digitized by the Internet Archive
in 2016

https://archive.org/details/b28520397_0001

# PRAXEOS MEDICAE
# VNIVERSAE PRAECEPTA

AVCTORE

**IOSEPHO FRANK**

IOANNIS PETRI FILIO, AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIS STATVS, EQVITE ORDINIS ST. ANNAE, ST. WLODIMIRI, THERAPIAE SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE EMERITO, PLVRIMARVM ACADEMIARVM ET SOCIETATVM MEDICARVM SODALI.

---

## PARTIS PRIMAE

EDITIO ALTERA DENVO ELABORATA.

---

## VOLVMINIS PRIMI SECTIO PRIMA,

CONTINENS

CONSPECTVM HISTORIAE ET LITERATVRAE MEDICINAE PRACTICAE, INTRODVCTIONEM AD STVDIVM CLINICVM ET DOCTRINAM FEBRIVM INTERMITTENTIVM.

---

LIPSIAE

SVMPTIBVS BIBLIOPOLII KUEHNIANI

CIƆIƆCCCXXVI.

ROYAL COLLEGE OF PHYSICIANS
LIBRARY

| | |
|---|---|
| CLASS | 61 |
| ACCN. | 14088 |
| SOURCE | |
| DATE | |

ROYAL COLLEGE OF PHYSICIANS OF LONDON

# PRAEFATIO.

Inter innumerabilia prorsus beneficia, quibus ALEXANDER PRIMUS, gloriosissimae et sempiternae memoriae, populos Rossiae cumulavit, eorumque felicitati consuluit, literarum universitates, sive recens fundatae, sive denuo instauratae, nequaquam sunt minima. Restauratis universitatibus adnumeranda quoque erat Vilnensis, utpote quae, praeter alia, clinico etiam instituto carebat, ad quod inaugurandum atque simul ad praxin medicam ibi docendam, parens meus, Joannes Petrus Frank, anno MDCCCIV. Vindobona Vilnam advocatus est. Qui autem quum paullo post academiam Lithuanicam cum aula Petropolitana commutare debuisset, contigit mihi, jam in eadem academia professoris pathologiae munere fungenti, ut in parentis vices ad profitendam therapiam specialem et artem clinicam succederem.

Licet equidem, juxta Hippocratis consilium, arti medicae a puero destinatus,

conformem huicce fini educationem nactus essem; licet ad studia physico-medica in R. Archigymnasio Ticinensi, quo tempore idem fastigium gloriae adscenderat, incubuissem, atque magnis viris, inter quos (ne de patre ipso loquar), Alexandrum Volta et Antonium Scarpa nominasse sufficiat, praeceptoribus usus essem; licet academicos honores vix adeptus (a. MDCCXCI.) specimen praxeos medicae in eodem Archigymnasio docendae, non sine applausu dedissem (ab a. MDCCXCIV — VI.); licet deinde, bellorum vicissitudinibus Italiam, alteram mihi patriam, deserere coactus, nosocomii universalis civici, Vindobonae florentis, medicus primarius constitutus, occasionem habuissem, per duo fere lustra (ab a. MDCCXCVI — MDCCCIV.) millenos aegrorum curandi et anatomiam pathologicam excolendi; licet tandem itinere per Germaniam, Galliam, Angliam et Scotiam (a. MDCCCIII.) suscepto, facultas mihi concessa esset, peritiam linguarum magis magisque amplificandi, instituta medica diversi generis visitandi, alterum cum altero, sicut et receptas in plurimis eorundem docendi rationes inter se comparandi, doctorum societatibus interveniendi nec non medicorum aevo nostro celeberrimorum familiari-

liaritate utendi; — licet, inquam, tot tantisque commodis atque emolumentis fruerer, illud tamen munus gravissimum, docendae praxeos medicae in universitate Vilnensi, nonnisi summa cum verecundia suscepi.

Quippe quammaxime angebar, perpendens, a doctrina modo tradenda, vitam millenorum civium pendere, quum discipulorum meorum certe non paucissimi, absoluto curriculo academico, in regiones abituri essent, ab omni literarum commercio adeo sejunctas, ut illos quaeque occasio deficeret, errores, forte in schola susceptos, alio modo corrigendi, quam una experientia, proh! non unumquemque edocente. Ita igitur, quaecunque notiones levioris animi fuerint, consiliave temeraria (sic enim me ipse sum adloquutus) non fructus ferent salubres, quos maximum orbis terrarum imperium jure exspectat, sed semina generabunt pestifera, de quorum messe DEO justissimo rationem aliquando habebis reddendam.

Talia diu noctuque mente volutans, diffidebam prope viribus meis, atque magnum me tenebat desiderium *operis elementarii*, cui in praelectionibus academicis inniti, et in quod proinde partem tantae molestiae conjicere possem.

Ut

Ut vero opus illud desideratum, consilio meo omnino responderet, sequentibus idem dotibus instructum esse optabam. Videlicet:

Desiderabam *opus sermone latino exaratum*, ut Polonis, Russis et Germanis, universitatem Vilnensem adire solitis, aequo pacto prodesse posset. Simul vero, sermone doctorum in praelectionibus adoptato, tirones educatione literaria orbatos, quippe qui in medicina excolenda alioquin vix progrederentur, a schola removere placuit.

Desiderabam etiam *opus simpliciter et clare conscriptum*, ne doctrina, jam per se intellectu difficilis, sublimi stylo difficilior redderetur.

Desiderabam *opus quod universam materiam uberrime pertractaret.* Libri enim aphoristice conscripti ampla explanatione indigent, cui non solum rerum dicendarum copia, annique scholastici brevitas, si docentem respicias, sed etiam, difficultas, commentaria extemplo chartis mandandi, librosve, commentaria continentes, sibi comparandi, si discentes spectes, quam maxime obsunt. Contra alumni opere muniti, quod explanationem admittit

mittit quidem, at non exposcit, jam sine ulla difficultate domi vel praeparationi vel repetitioni vacare queunt, atque professor res suas alacriter, ut oratorem decet, ex tempore recitare potest.

Desiderabam *opus, quod de levioribus quoque malis dissereret.* Mos enim, morbos dumtaxat herculeos explanandi, mala vero minoris momenti silentio praetereundi, efficit, ut tirones, absoluto studiorum curriculo, perbelle quidem sciant, quo pacto apoplexiae, inflammationes laryngis, cholerae etc. curandae sint; sed modum, quo capitis dolori, raucedini, anorexiae etc. medeantur, vix aut ne vix quidem inveniant.

Desiderabam *opus, indicans quomodo regulae medendi generales peculiaribus aegrorum positionibus adaptandae sint.* Quamvis enim conamen hujusmodi maxime judicio medicorum committi debeat; nihilominus therapiae specialis est, potissimas a regula exceptiones indicando, animos ad illud praeparare.

Desiderabam item *opus, quod etiam absoluto curriculo academico utile foret.* Etenim doctrina morborum, qui rarissime obveniunt, in memoria paucorum medico-

rum

rum praesto est. His igitur semper pergratum foret opus, quod conspectum omnium morborum exhibendo, illius defectui succurreret.

Desiderabam porro *opus, nulli systemati addictum.* Quamvis enim, monente Boerhaavio, systema nil aliud sit quam integra, digesta et ordinata cujusdam artis compages, in qua reperitur instructio omnium eorum, quae necessaria sunt, ut illa ars cognoscatur," ideoque per se neutiquam criminari possit; tamen experientia inde a temporibus Hippocratis ad hodiernum usque diem constanter docuit, systemata rebus medicis nequaquam accommodata esse. Efficiunt nimirum ut medici, tum ad lectos a orum, tum in sectionibus pathologicis instituend naturam non videant, qualis revera si sed quatenus hypothesibus, a null s temate medico alienis, respondeat. intelligitur, cur eorum observationes perpetuo systema, cui favent, redoleant, atque inexhaustae naturae varietatis loco, un fc ies commentationes circa unum alterumve cardinem systematis exhibeant. Inde quoque intelligitur, cur systematum asseclae, quum aliorum observationes offendunt, ea dumtaxat eligant, quae accepto systemati conveniunt, reli-

reliqua vero, tamquam falsa, cum contemtu rejiciant. Qualiscunque jam morbi, quem medici, systematum sectatores, curandum susceperunt, exitus fuerit, dummodo praeceptis systematis satisfecerint, meliora se impetrare haud potuisse existimant. Ita vero boni viri vel illo beneficio, utut tristissimo, privantur, ut errando discant. Imo, quo pejor est curae exitus, eo magis methodum medendi per systema suggestam, nondum satis viriliter adhibitam fuisse putant. Proximam igitur occasionem, rem acrius pertractandi, anxie expectant. Crescit igitur malum eundo. — Praeterea systemata rempublicam medicam in partes dividunt, inanes rixas inter variarum scholarum discipulos excitant, atque quum aliud systema alii succedere soleat, curandi rationes, instar ornatus muliercularum, morem diei sequuntur.

Desiderabam *opus rationibus stabilibus innixum*. Aliud enim est, systemati adhaerere (quod alumni facile scientiam ipsam habent, quam eo magis ad unguem se tenere arbitrantur, quo majori, verbis systemati propriis blaterandi facultate pollent); aliud est rationes stabilire, quae infirmioribus juvenilis ingenii viribus adminicula atque subsidia parant. Rationes vero, qui-

quibus opus praxeos medicae superstruitur, simplices, uniformes et stabiles sint, oportet. Stabiles, inquam, ne quodlibet operis volumen alios atque alios exhibeat doctrinae cardines.

Desiderabam *opus, quod speciali morborum doctrinae brevem pathologiae et therapiae generalis repetitionem praemitteret.* In scientiis enim *excolendis* a specialibus ad generalia adscendendum, in iis vero *docendis*, a generalibus ad specialia descendendum est.

Desiderabam *opus ordinis naturalis et severi.* Ordinis dico naturalis; nimirum morbi, in una eademque corporis humani parte contingentes sibique invicem succedentes, alter post alterum, non autem, prout aut inflammationem aut suppurationem, aut profluvium aut retentionem exhibent, in separatis libris distincti describantur oportet. Ordinis item severi, nempe ut partes doctrinae uniuscujusque morbi non promiscue, sed in singulis cancellis stricte separatis, exponantur. Has vero doctrinae partes ita comparatas esse volui.

*Definitiones* non nisi ex apparentibus morborum notis desumtas, nullas hypotheses, quae ad perversam medendi methodum

dum viam sternere possent, continentes et diagnoseos elementa prae se ferentes.

*Literaturam* amplam chronologice dispositam, et passim sententiis principum medicorum ornatam. Ita enim alumni doctrinae ambitum mature cognoscere, antiquioribus auctoribus tributum grati animi persolvere, et sese a jactantia reformatorum, quippe qui scientias ante se vix exstitisse contendant, munire addiscunt. Praeterea tirones in literatura, quae in opere elementari exposita est, in dissertationibus inauguralibus aliisque primitiis elaborandis filum habebunt. Postremo tiro per sententias a magistro cum industria excerptas, sensim sensimque difficilem illam discit artem cognoscendi, quae loca in libris maximi momenti sint.

*Symptomatologiam*, in qua phaenomena et decursus morborum sine fuco atque sine ulla interpretatione, sed tantummodo, ut natura ea exhibet, clare et plene describerentur.

*Anatomiam pathologicam*, quae observationes, quot quot exstant, tum vitiorum structurae, unicuique corporis humani parti propriorum, tum phaenomenorum post singulos morbos in cadaveribus repertorum, contineret.

*Aetio-*

*Aetiologiam*, in qua positiones rerum, quae morborum evolutioni favent, nudae enumerarentur, rejectis omnibus disquisitionibus circa illarum modum agendi; attamen opinionibus aliorum de caussis proximis morborum, historice enarratis.

*Diagnosin*, quae ex analogia symptomatum, atque ex comparatione eorundem tam cum phaenomenis sub simili rerum positione in cadaveribus quondam repertis, quam cum notionibus ab aetiologia suppeditatis, constructa esset; idque duce sana ratione, per inductionem, omnibus subtilioribus nosologorum divisionibus omissis.

*Prognosin*, quae interpretationes quidem singulorum symptomatum, quod spectat aegritudinis eventum, non negligeret, ast easdem diagnoseos imperio submitteret.

*Prophylaxin*, quae recapitulationi ex Hygieine et (quod ad morbos populares attinet) introductioni ad Politiam medicam inserviret.

*Therapiam* tandem, ab una experientia desumtam, mediumque tenentem inter methodum nimis activam et complicatam, nimisque segnem et simplicem, et quae indicationibus e diagnosi pullulantibus, quousque fieri licet, superstrueretur, formula-

mularum medicinalium cohortem excluderet, et potius diffidentiam pharmacorum (praecipue veneficorum, novorum et pro specificis decantatorum) inculcaret, atque regimini diaetetico eminentem locum concederet.

Desiderabam *opus, quod in limitibus inter morbos, qui longo usu moreque recepto ad praxeos medicae ambitum referuntur, eosque, qui ad praxin chirurgicam propius spectant, definiendis, potius medicinae confinia transiliret, quam coarctaret.* Id enim praecipue curandum puto, ne in ramis unius ejusdemque scientiae excolendis, illorum cum trunco nexus unquam negligatur.

Desiderabam *opus, quod non absconderet, sed imo patefaceret, quaecunque in arte nostra adhuc imperfecta sunt.* Ita enim tirones ad difficultates, quae eos in medicina exercenda manent, mature praeparantur. Praeterea lacunis scientiae a magistro candide indicatis, in discipulis, singulari ingenio praeditis, desiderium excitatur, easdem explendi.

Postremo desiderabam *opus, quod, quotiescunque medicinae nexus cum scientiis moralibus politicisve obveniret, semper*

*per venerationem Religionis ordinisque civilis stabiliti inculcaret.*

Jam vero opus, omnibus his dotibus instructum (quin minime clarorum de therapia speciali scriptorum meritum derogem), invenire haud potueram. Hinc erat, ut ipsemet tale opus conscribere statuerim.

Multa quidem me ab hoc conamine absterrere debuissent. Nam praeter ingenii mei tenuitatem, huic consilio tum bella, literarum commercio mihique in remotiori Europae parte scribenti quammaxime adversa, tum multiplices, quibus ob duplicem cathedram, ob praesidium seminarii medici institutorumque philanthropicorum, et ob praxin privatam distinebar, occupationes obstabant.

Altera vero ex parte non deerant argumenta conatum sustinentia, mihique animum addentia. Primum praesto erat conscientia diligentiae et perseverationis. Porro opus hoc circa annum aetatis quadragesimum suscipiens aeque alienum me videbam tum ab animi juvenilis levitate et temeritate, tum a decrepitae senectutis imbecillitate et haesitatione. Tandem in arte docendi a juventute versatus, probeque memor

memor et difficultatum, quas tirones in praxi medica addiscenda experiri, et errorum, quorum facillime participes fieri solent, in spe eram, me dotibus ad tradenda praecepta medico-practica necessariis destitutum omnino non esse.

Totum hoc opus *quatuor* in *partes* divisi, quarum binas studiis curriculo unius anni absolvendis, binasque reliquas illis alterius dicavi. Praxi enim medicae in Caesarea literarum universitate Vilnensi docendae, duo anni scholastici, quivis decem mensium, inserviunt.

*Pars* operis *prima duo volumina* amplectebatur. Eorum alterum (a. MDCCCXI. typis vulgatum) prolegomena et doctrinam de febribus, alterum (a. MDCCCXV. editum) illam de morbis cutis continebat.

In nova, quae nunc prodit, denuo elaborata editione (ab aliena Taurini per typos repetita probe distinguenda) pars ista operis prima in *tria volumina* partita est, quovis volumine rursus in *duas sectiones* subdiviso. Voluminis primi *sectio prima* exhibet conspectum historiae et literaturae medicinae practicae, introductionem ad studium clinicum et doctrinam febrium intermittentium; *sectio altera* de febribus con-

continuis, de morbis cutis in genere, deque peticulis, miliaribus, bullis, urticaria, erysipelate, furunculo, anthrace et carbunculo in specie tractabit. Voluminis secundi *sectio prima* doctrinam pestis et ephemerae sudatoriae Anglicae; *sectio altera* illam typhi et febris flavae largietur. Voluminis tertii *sectio prima* scarlatinae, morbillorum, rubeolae, variolarum, varicellae, variolae mitigatae, zosteris et exanthematis mercurialis expositionem suppeditabit; *sectio altera* de morbis cutis chronicis tractatum offeret.

Majorem huic operis parti extensionem conciliandam esse censui, ut ea, juxta conditionem hodiernam doctrinae febrium et morborum cutis, scopo praefixo melius responderet atque sequentibus voluminibus, jàm pridem majori studio elaboratis, aptius quadraret. Praeterea subdivisionibus in *sectiones* usus sum, ne singula volumina mole excedant aut nimii pretii constent.

Tandem ut possessores primae editionis nullum, quod evitari potuisset, detrimentum capiant, operis *partem secundam*, etiamsi rursus typis divulgandam, plane intactam relinquere et duntaxat supple-

mento

mento locupletare statui. Literatores non omnino inexorabiles medico, horas ad componendos libros furari coacto, atque quum se ad scribendum accingeret, jamjam defatigato, multisque curis obruto, condonabunt, si rebus magis quam verbis intentus, politiorem stylum quandoque neglexerit.

Notum est, operis illam partem duobus voluminibus, totidem in sectiones subdivisis, constare; *voluminis primi sectione primâ* (a. MDCCCXVIII. in lucem editâ) doctrinam generalem de morbis partium ad systema nervorum pertinentium et specialem de illis cerebri continente; *sectione secundâ* (a. MDCCCXXI. typis mandatâ) de morbis columnae vertebralis, singulorum nervorum, aliisque, ex variis systematis nervosi partibus ortum habentibus, nec non de morbis oculorum, aurium et narium pertractante.

Nec latet, *partis secundae voluminis secundi sectionem primam* (a. MDCCCXXIII. promulgatam) tradere doctrinam de morbis laryngis, tracheae et corporis thyreoidei, thecae thoracicae, pleurae, mediastini, thymi et pulmonum, *sectionemque secundam* (a. MDCCCXXIV. subsequutam) de

morbis diaphragmatis, pericardii, cordis, arteriarum et venarum nec non de animi deliquiis agere.

Restant adhuc elaborandae *pars tertia* de morbis oris, parotidis, oesophagi, ventriculi et intestinorum; porro de illis hepatis, lienis, pancreatis et peritonaei, nec non de scrophula, rhachitide, arthritide, carcinomate et scorbuto: et *pars quarta*, in qua de morbis renum, ureterum, vesicae urinariae, urethrae, prostatae, testiculorum et vesicularum seminalium; praeterea de morbis sexus sequioris, ac tandem de syphilide, de rabie canina et de aliis morbis, ex morsibus veneficis oriundis, dissereturi.

Quum perfuncto indefesse undeviginti annos munere professoris therapiae specialis et clinices in Caesarea universitate Vilnensi; quum institutis circiter mille medicis, a Polonia Germaniae confini ad Kamtschatkam usque dispersis, quorum nonnulli ipsimet professoris officio funguntur; quum facta Vilnae *societate medica*, serius pro laborum praemio epitheto *Caesareae* condecorata; quum fundata *classe medica societatis beneficorum Vilnensium*, qua aegrotorum milleni curati sunt,

idque

idque solis reditibus, ex concentibus musicis uxoris meae carptis; quum proposito atque munificentia *Imperatoris* ALEXANDRI I. condito seminario medico, quo nunc centum alumni indigeni pro officio medico exercitus, classisque et status civici erudiuntur; quum tot tantisque, pro viribus, exantlatis laboribus, tandem in amblyopiam inciderim: eidem placuit clementissimo *Imperatori*, me ante terminum legibus praescriptum, emeritis professoribus adscribere (a. MDCCCXXIII.), cum venia, stipendium ubicunque voluerim, consumendi. Jam vero electo, post triennem Vindobonae moram, ad littora Larii domicilio, procul omnibus aliis negotiis, foveo spem, fore, ut quod restat operis dimidium (pro quo materiae tum a me collectae, tum a patre relictae jam praesto sunt) sine interpellatione adjuvante DEO elaborem. Utut Coelum decreverit, operi dotem lego, illudque simul tutelae celebris scientiarum academiae rogatu committo, ut unum doctissimorum aevi medicorum eligere olim dignetur, qui remuneratione ex foenore dotis quotannis pullulante fruens, pro re nata, aut opus incompletum ad finem perducat, aut illi ad finem jam perducto, *supplementa*, res

cum lucro pathologiae et therapiae specialis peractas continentia, ita perpetuo adjungat, ut inde posteris *corpus medicinae practicae* tradatur.

CON-

# CONSPECTUS
## HISTORIAE ET LITERATURAE
## PRAXEOS MEDICAE.

---

## *Conspectus historiae et literaturae praxeos medicae.*

§. I.

*Doctrinae definitio, utilitas, difficultas et historia.*

1. *Praxeos medicae doctrina* morbos generis humani cognoscere, unum ab altero distinguere, eos avertere et curare docet: amplectitur hinc pathologiam et therapiam specialem. Doctrinae definitio.

2. Doctrina hujusmodi, quamvis limites suos partim in ipsis immutabilibus naturae legibus, interitum rerum creatarum imparantibus habeat; rei publicae tamen, quid quid obtrectatores [1]), quos medicina cum Altare et Throno communes habet, dictitent, maxime utilis, et ut divina [2]) nuncupetur, vere digna [3]). Item medicus suum Doctrinae utilitas.

 munus

1) Temple *oeuvres mélés. Utrecht* 1693. p. 246. J. J. Rousseau *Emile, ou de l'éducation.* L. I. Auctor Arkesilasi in Wieland's *neuem deutschen Mercur.* 1793. 8. *St.* p. 359.

2) „Homines ad Deos nulla re propius accedunt, quam salutem hominibus dando.“ Cicero orat. pro Q. Ligario. VII.

3) Ploucquet Repertor. med. pract. artic. medicinae encomium. Wedekind *über d. Werth der Heilkunde.* J. P. Frank *System einer vollständigen med. Polizei.* 6. *B.* 1. *Th.* 1. *Abschn.* L. Choulant *Rede über den*

munus religiose administrans, laude merito celebratur[4]).

3) Vita

*Einfluss der Medicin auf die Cultur des Menschengeschlechts. Leipz.* 1823.

4) „*C'est aux médecins en général qu'on doit les progrès de la physique générale, de la zoologie, de l'anatomie, de la botanique, de la chimie, de la minéralogie: ce sont eux qui ont d'abord peuplé les académies de l'Europe, qui ont même institué plusieurs d'entre elles, ou qui ont posé les premiers fondemens.*" FOURCROY *la médecine éclairée par les sciences physiques. T. I.* p. 3. PRUNELLE *de l'influence exercée par la médecine sur la renaissance des lettres. Montpellier* 1809. Legitur (*Etudes de la nature par l'abbé* ST. PIÈRRE): „J. J. ROUSSEAU *me dit un jour, si je faisois une nouvelle édition de mes ouvrages, j'adoucirois ce que j'ai écrit sur les médecins. En tout pays ce sont les hommes le plus véritablement savans.*" Cfr. R. A. SCHIFERLI *Erste Eröffnungsrede, gehalten bei der med. chir. Gesellschaft des Canton's Bern.* 1810. *Dr.* MARTIN LUTHER *und* PHILIPP MELANCHTON *über den Arzt u. seine Kunst. Von* G. CHR. F. MOHNIKE. *Stralsund* 1823. Ast ait HIPPOCRATES: „Multi *nomine* medici inveniuntur, *re ipsa* admodum pauci sunt." (L. de Leg. No. 1.) „Cujus aphorismi rationem pulcherrime reddit LANCISIUS." Renuunt siquidem, inquit, in studiis patientia proficere; sed primum spes suas ambitione donant, aluntque avaritia; deinde cum ad vota properant, cruda adhuc studia ad aegrorum lectulos propellunt, artemque confingunt, *quae cum recte non addiscitur, atque adhibetur, omnium est perniciosissima.*" (De recta medicorum studiorum ratione instituenda Dissertatio. v. Opp. varia. T. II.)

3) Vita quidem brevis, ars longa[5]). Ne hoc vero effatum tirones vos terreat! Ordine enim et selectu in rebus addiscendis, *artem* breviorem; tempus vero omne, quantum fieri licet, studio et exercitio illius impendendo, vestram pro scientia *vitam* longiorem reddere poteritis[6]). Medici (dummodo primo decennio resistere valeant), alioquin longaevitate frui solent[7]), quod ex illorum, non ignorandis, biographiis[8]), prodit. Doctrinae difficultas.

4. Sed

5) Hippocrates Aphor. Lib. I. No. 1. — Ajebat alter: Vita brevis, libri multi, nummi pauci, tempus arctum!

6) J. P. Frank Oratio academica de vita brevi arte vero longa Hippocratis. v. opuscula posthuma. Vindob. 1824. p. 13.

7) Baier Diss. de longaevitate medicorum. Altorf. 1705.

8) Exempla vobis sunto vitae medicorum quas describunt: Abu Oselbach, vitae celebrium medicorum. v. Reiski et Fabri opusc. med. edit. Gruner. Halae 1776. Symphorian. Campegius de claris med. script. veter. et recentior. Lugd. 1531. Otho Brunfels catalogus illustrium medicorum. Argent. 1530. Remacl. Fuchs illustrium medicorum, qui superiori saec. floruer. ac scripsere, vitae. Paris 1741. Jo. Sambucus icones veterum aliquot et recentior. medicor. et philologor. cum elogiis etc. Leid. 1603. Paschalis Gallus bibliotheca medica, s. catalogus illorum qui ex professo artem medicam scriptis illustrarunt. Basil. 1590. Petr. Castellani vitae illustr. medicorum. Antwerp. 1618. Henning Witten memoriae medicor. nostri aevi clariss. Francf.

Doctrinae historia.

4. Sed antequam ad ipsa praxeos medicae ele-

1676. P. R. Redlich elogium et coemeterium medicor. Prag. 1688. J. H. Fuerstenau de fatis medicor. oratio. Rinteln 1720. Ch. W. Kestner *med. Gelehrten-Lexicon. Jen.* 1740. Fr. Börner *Nachrichten von jetzt lebenden Aerzten. Wolfenb.* 1749. Compl. a E. G. Baldinger ib. 1773. J. A. Hazon *notice des hommes les plus célèbres de la fac. de méd. en l'univ. de Paris.* 1750. G. Sandifort diss. de viris de re medica optime merentibus. L. 1757. G. Matthiae conspectus hist. medic. chronologicus. Goett. 1761. E. G. Baldinger *Biographien jetzt lebender Aerzte u. Naturf. in und ausser Deutschl. Jen.* 1768. J. K. W. Möhsen *Beschreibung einer Berlin. Medaillensamml., die vorzüglich aus Gedächtnissmünzen berühmter Aerzte besteht. Mit Kupfern.* 1. *Th. Leipz.* 1771. 2. *Th. Berlin* 1780. Ejusd. *Verzeichniss einer Samml. von Bildnissen grösstentheils berühmter Aerzte. Berlin* 1771. Van Eicken *Gedächtnissblätter, enthalt. Nachrichten vom Leben und Charakter verdienter Aerzte u. Naturf. Leipzig* 1796. Acrel *Tal om Läkare Vetenskapers grundläggning och tilväxt vid Ricketsälsta Lärosate i Upsala. Stockh.* 1796. Hutchinson *biographia medica or historic and critical memoirs of the lives and writings of the most eminent medical characters. Lond.* 1799. 2 *Vol.* J. K. Ph. Elwert *Nachricht von dem Leben und den Schriften jetzt lebender Aerzte. Hildesh.* 1799. J. B. Geisser praes. Schultes Diss. de Helvetorum in medicina meritis ab inventa typographia ad finem seculi decimi octavi. Landsh. 1816. Vesspremy succincta medicorum Hungariae et Transylvaniae biographia. 4 Centuriae. Pest. 1774. — J. S. Peterka memoria virorum eruditorum

elementa perscrutanda deveniatur, summatim hujus scientiae vicissitudines enarrare, ac nonnulla de auctoribus, quorum librorum in decursu hujus operis saepe mentio fiet, dicere juvabit[9]. Formale autem historiae medicae studium, dumtaxat absoluto curriculo academico locum habere debet. Tunc legantur (ne de antiquioribus minorisve momenti loquamur[10])) Le

de re medica optime meritorum. Pest. 1810. — Brambilla *Geschichte der, von d. berühmtesten Männern Italiens gemachten Entdeckungen in der Medicin. Wien* 1789. 4. *Abbildungen berühmter u. besonders um d. Arzneyk. verdient. Gelehrt. Augsb.* 1805. — *Dict. des sciences médic. Troisième partie. Biographie. Paris* 1820. Choulant l. c. p. 49. *Sveriges Läkare-Historia. Utgifen af* J. F. Saklée. 1. *V.* 1822. 2. *V.* 1823.

9) „Nescire quid antea quam natus sis, acciderit, id est semper esse puerum. Quid enim est aetas hominis, nisi memoria rerum nostrarum cum superiorum aetate contexitur?" (Cicero in orat. cap. 34.)

10) G. Gratarolus de laudibus medicinae, ejus origine, progressu etc. Argent. 1563. 8. Günther Andernacensis de veteri et nova med. Basil. 1571. fol. J. Bozerus carmen de origine et progressu artis medicae. Viteb. 1577. J. Heurnius oratio de medicinae origine. Lugd. Bat. 1589. 4. Jessenius a Jessen progr. de origine et progressu medicinae. Viteb. 1600. 8. M. Döring de medicina et medicis. Giessae 1611. 8. J. Neander, medicinae, artis antiquissimae et nobilissimae natalitia. Brem. 1623. J. B. v. Helmont ortus medicinae. Amstel. 1648. 4. G. Möbius de medicinae natalitiis. Jen. 1651. B. Moser

Le Clerc [11]), Freind [12]), Ch. G. Gruner [13]), A. Hal-

quadriga medicinae triumphantis. Colon. 1645. 12. J. Maynwaring, *the rise and progress of physic historically-illustrated. Lond.* 1668. 8. Leonardo da Capoa, *otto ragionamenti, ne' quali narransi l'origine e'l progresso della medicina. Napoli* 1681. Lange historia medica in Ejusd. opp. omn. edit. Rivini. fol. 1704. J. H. Schulze historia medicinae a rerum initio ad annum urbis DXXXV. deducta. Lips. 1728. 4. Continuat. sub titulo: Compendium historiae medicinae ad excessum Hadriani Augusti. Hal. 1742. 8. J. Bernier *histoire chronologique de la médecine et des médecins. Paris* 1695. 4. A. Ziegra, progr. de medicinae origine et progressu. Torgav. 1693. J. P. Burggrav libitina ovans fatis Hygieae. Frcof. 1701. B. Albinus oratio de ortu et progressu medicinae. Lugd. Bat. 1702. G. A. Zahn de ortu, progressu et dignitate medicinae. Vesal. 1708. 12. J. Spinke *London's medical informer etc. Lond.* 1710. J. C. Barchusen hist. medicinae. Amst. 1710. 8. M. Alberti progr. de fatis theoriae medicae. Hal. 1711. J. G. Ast succincta medicorum medicaeve historiae delineatio. Lips. 1715. 4. G. L. Goldner de med. origine. Gera 1721. 4. L. H. Rung de fatis et mutationibus, quibus obnoxia fuit ars medica. Brem. 1716. 4. A. O. Gölicke historia medicinae universalis. Frcof. ad Viadr. 1717—1720. 8. A. Vater, de incrementis artis medicae. Viteb. 1718. 4. G. Stolle, *Anleitung zur Historie der med. Gelahrtheit. Jen.* 1731. 4. Ch. Kestner, *kurzer Begriff der Historie der Medic. Halle* 1743. P. C. Fabricius sciagraphia hist. physico-medicae. Wetzl. 1746. James *discorso istorico sopra la medicina. Venez.* 1752. 8.

A. Haller[14]), Eloy[15]), J. E. Hebenstreit[16]), W. Black,

(Vers. angl.). Fr. Börner progr. de vera medicinae origine. Viteb. 1754. 4. W. Hillary *inquiry into the means of improving medical knowledge. Lond.* 1761. G. Matthiae conspectus historiae medicorum chronologicus. Goetting. 1762. 8. N. Jadelot de fatis medicinae. Pont-a-Mousson. 1766. 8. F. Carrère *biblioth. litéraire hist. Paris* 1776. 4. G. B. Schmiedlein primae lin. hist. med. univers. Lips. 1777. J. C. Lettsom *history of the origine of medecine. Lond.* 1779. 4. H. F. Delius synopsis introduction. in med. universam ejusq. hist. literar. Erlang. 1779. Wittwer *Archiv f. die Geschichte der Arzneywissenschaft. Nürnb.* 1790. S. Th. de Méza tentam. hist. med. Hafn. 1795. R. Walker *memoirs of medec. Lond.* 1799. Ch. Fr. Elsner oratio de medicinae per hoc seculum fatis in opp. acad. Regiom. 1800. Van Alsen Diss. relatio brevis praecipuarum medicinae renovationum saeculi decimi octavi. Duisb. 1801. E. Tourtelle *histoire philosophique de la médec. Paris* 1804. C. Windischmann *Versuch über den Gang der Bildung in der heilenden Kunst. Frankf. a. M.* 1809. De Mercy *considérations sur la naissance des sectes dans les divers ages de la médecine. Paris* 1816.

11) *Histoire de la médecine où l'on voit l'origine et les progrès de cet art. Genev.* 1696. 12. *Amsterd.* 1723. 4. *La Haye* 1729. 4.

12) *Histoire de la médecine depuis Galien jusqu'au commencement du seizième siècle. Trad. par Et. Coulet. Leid.* 1727.

13) Morborum antiquitates. Vratisl. 1774. Et Nosologia historica ex monumentis medii aevi. Jen. 1794. Ejusdem *Almanach f. Aerzte u. Nichtärzte.* 1782 — 1797.

W. Black[17]), Blumenbach[18]), A. F. Hecker[19]), Ackermann[20]), J. R. Metzger[21]), C. Sprengel[22]), R. Scuderi[23]), J. G. Cabanis[24]), Knebel[25]), F. L. Augustin[26]), P. A. O. Mahon[27]),

K. A.

14) Bibliotheca medico-practica. Bern. 1776—1788. T. I—IV. 4.

15) *Dictionnaire historique de médec. ancienne et moderne. Mons* 1778. *T. I—IV.* 4.

16) Palaeologia therapiae. Hal. 1779.

17) *An historical sketch of medec. and surgery. Lond.* 1782.

18) Historia medicinae literaria. Goett. 1787.

19) Praxeos medicinae omnis aev. fata tabulis exposuit. Erf. 1790. 4. et *Allgem. Geschichte der Natur- u. Arzneykunde. Leipz.* 1793. Ejusd. *Die Heilkunde auf ihrem Wege zur Gewissheit; oder die Theorien, Systeme u. Heilmethoden der Aerzte seit Hippocrates bis auf unsere Zeiten. Erfurt* 1802. *Editio* 4. *Erfurt* 1819.

20) Institutiones historiae med. Norimb. 1792.

21) *Skizze einer pragmatischen Literärgeschichte der Med. Königsb.* 1792. 8. et *Zusätze u. Verbesserungen zu s. Skizze einer pragm. Literärg.* 1796.

22) *Versuch einer pragmatischen Geschichte d. Heilkunde. Halle* 1792. *Th. I—V.* 8. *Neue Aufl.* 1821—1823. *Beytrag zur Geschichte der Heilk.* 1794.

23) *Introduzione alla storia della medicina antica e moderna. Napoli* 1794.

24) *Coup-d'oeil sur les revolutions et sur la réforme de la méd. Paris a. XII.*

25) *Versuch einer chronologischen Uebersicht der Literaturgeschichte der Arzneywiss. Breslau* 1799.

26) *Vollständige Uebersicht der Geschichte der Medicin in tabellarischer Form. Berlin* 1801. *Zweite durchaus verbesserte u. verm. Ausgabe. Berlin* 1825.

K. A. Kortum[28]), J. Ch. Nicolai[29]), K. Fr. Lutheritz[30]), Richter[31]), L. C. Choulant[32]) et J. F. Hecker[33]). Conspicuam auctorum laudatorum partem incusandam esse censemus, quod in historia medicinae elaboranda fundatores sectarum supra medicos naturae scrutatores extulerint, quodque plures longe paginas enumerationi hypothesium futilium ab illis excogitatarum, quam relationi praeceptorum practicorum ab his exaratorum, dicaverint.

## §. II.

*Medicinae origo. Medicina Aegypti et Graeciae. Hippocrates. Dogmatici. Empirici. Asclepiades.*

1. Prima remediorum cognitio procul dubio, non Medicinae origo.

27) *Histoire de la médecine clinique.* *Paris* 1804.

28) *Skizze einer Zeit- u. Literargeschichte der Arzneykunst von ihrem Ursprunge bis Anfang des neunzehnten Jahrhunderts.* *Unna* 1807.

29) *Das Merkwürdigste aus der Geschichte der Medicin.* *Rudolst.* 1808.

30) *Die Systeme der Aerzte von Hippocrates bis auf Brown.* *Th.* 1 *u.* 2. *Dresden* 1810—11. (separatim) *Hippocrates, Asclepiades u. Celsus Systeme der Medic.* *Dresd.* 1810. — *Aretaeus*, *Alex. Tralles u. Cael. Aurelianus Systeme der Med.* *Dresd.* 1811. *Neue*, *wohlfeile Aufl.* 1818.

31) *Geschichte der Medicin in Russland.* *Moscau* 1813 *bis* 1815. *Th.* 1—3.

32) *Tafeln zur Geschichte der Medicin*, *nach d. Ordnung ihrer Doctrinen.* *Leipz.* 1822.

33) *Geschichte d. Heilk.*, *nach d. Quellen bearb.* *Berl.* 1822.

non ratiocinio, sed casui, experientiae, vel forsan et instinctui, debetur. Hinc medicinae pars, quae praxin et maxime diaeteticam[1]), respicit, theoriâ certe antiquior.

Medicina Aegypti et Graeciae. 2. Medicinam, ut doctrinam, jam Aegyptii[2]), circiter MM annos ante aer. chr. excoluisse videntur. Tardius ad Graeciam ea migravit[3]). Ambabus

1) „*Egli è certo che la* d i e t e t i c a *dev' essere stata la prima parte della medicina di cui si sia fatto uso; poichè l'osservazione dei cibi e delle bevande nocive o giovevoli, ha dovuta essere quotidiana: e senza questa osservazione, gli uomini sarebbero caduti in malattie che gli avrebbero distrutti infallibilmente.*" (*Della origine delle leggi, dell' arti e delle scienze e dei loro progressi presso gli antichi popoli. Lucca* 1761. *T. I.* p. 153).

2) A. Calmet de medicis et re medica Hebraeorum. Paris 1714. M. Alberti de medicinae apud Ebraeos et Aegyptios conditione. Hal. 1742. Fr. Börner de statu medicinae apud veteres Ebraeos. Viteb. 1755. Ejusd. antiquitates medicinae Aegyptiorum. 1756. De Alberlitz an etiam gens Hebraea olim medicinam de industria coluerit ac promoverit? Vindob. 1765. J. S. Lindinger de Ebraeorum veterum arte medica. Viteb. 1774. J. A. Lautenschlager de medicis veterum Hebraeorum eorumque methodo sanandi morbos. Schleiz. 1786. M. Levin diss. analecta historica ad medicinam Ebraeorum. Hal. 1798. D. Carcassone *essai historique sur la médecine des Hébreux anciens et modernes. Paris* 1816.

3) P. Gerike diss. de scholis et institutis medicis in Graecia et Aegypto. Helmst. 1748. J. N. Weiss de

babus in regionibus primum sacerdotes hanc artem exercuere. Nec viri bello fortes, nec ipsi reges, exercitium illius spreverunt [4]. In animi grati significationem templa iis erecta sunt [5]. A sacerdotibus

re medica veterum Graecorum. Altorf. 1746. J. A. Wohlfahrt *Biographien griech. Aerzte. Hal.* 1770. C. G. Kühn programmata de medicis nonnullis Graecis in Caelii Aureliani de acutis morbis L. I. c. 12 — 17. occurrentibus. Lips. 1820.

4) J. G. Heyne de medicis heroibus et heroibus medicis. Viteb. 1755.

5) J. T. Mayer de valetudinis Diis deabusque. Lips. 1670. Eberh. Rud. Roth diss. de Osiride, Iside, Horo ac Typhone, Diis olim Egyptiis. Jen. 1671. Herm. Conringii de hermetica medicina Lib. II. ed. 2. Helmst. 1669. 4. Ol. Borrichii Hermetis Aegyptiorum et chemicorum sapientia a Herm. Conringii animadversionibus vindicata. Haf. 1674. C. F. Hundertmark exercit. de principib. Diis artis medicae tutelaribus apud veteres et Romanos. Lips. 1735. J. F. Meyer de valetudinis Diis deabusque veter. gentium medicis. Lubec. 1736. J. C. Schläger de Diis hominum servatoribus. Helmst. 1737. P. F. Gormann de Diis medicis ad Ovid. metam. Misen. 1740. J. D. Major serapis radiatus Deus Aegyptius. Kilon. 1685. J. A. Sebitz diss. de Aesculapio inventore medicinae. Argent. 1669. J. Leonicenus metamorphosis Aesculapii et Apollinis Pancreatici. Leid. 1673. J. G. Schwarz disp. de Aesculapio et Hygieia. Altorf. 1742. J. C. Messerschmid Aesculapius Σωτήϱ. Hal. 1752. F. C. L. Sickler *die Hieroglyphen in dem Mythus des Aesculaps. Meining.* 1819. F. G. Geucke diss. de templis Aesculapii. Lips. 1790. J. G. Guenz

dotibus medicina sensim sensimque ad philosophos seu potius ad sophistas transiit, qui eam gymnasticae, sophismatibus caeteris, meditationibus ideisque mysticis adjunxerunt [6]).

Hippocrates.

3. Sophistarum e manibus eam vir summus, HIPPOCRATES, ex insula Coo e stirpe Asclepiadarum, anno CDLVI ante aer. chr., quo tempore scientiae et artes in Graecia maxime florebant, ortus, liberavit. Optimo sane jure HIPPOCRATES pro fundatore medicinae habetur. Verum, ut rectum de divi hujus senis doctrina judicium feratur, opera

et J. F. G. RICHTER diss. de δαδουχίαις in sacris Aesculapii. Lips. 1737. Vide ACKERMANN opusc. ad med. hist. pert. G. CUPER Harpocrates. Amst. 1676. J. GRONOV de icuncula Smetiana, quam Harpocratem indigitarunt. Leid. 1693. CLAUDE BOZE *sur le culte que les anciens ont rendu à la Deesse Santé.* Paris 1705. G. MUSGRAVE diss. de Dea salute. Oxon. 1716. A. Q. RIVINUS de chirone Centauro, a patria Thessalo. Lips. 1694. H. CONRING de incubatione in fanis deorum medicinae causa olim facta. Helmst. 1659. A. BRENDEL περὶ τὴν ἐγκοίμησιν. Viteb. 1701. CHOULANT l. c. p. 50.

6) „*Les premiers philosophes firent bien du mal à la médecine. Ils l'arrachèrent à l'ignorance sans méthode, mais il la précipitèrent dans plusieurs hypothèses hazardées; ils la firent passer de l'empirisme aveugle au dogmatisme imprudent.*" CABANIS l. c. p. 71. KÜHN de philosophis ante Hippocratem medicinae cultoribus. Lips. 1781. 4.

opera ejus [7]) genuina a falsis distinguere oportet. Distinguuntur autem inter se peculiaribus characteribus non difficulter eruendis [8]). HIPPOCRATES in

7) Opera omnia. GRAEC. Ed. princ. Venet. (Ald.) 1526. f. Ed. JANUS CORNARUS. Basil. (Froben.) 1538. f. GRAEC. et LATIN. Ed. HIERON. MERCURIALIS. Venet. (Junt.) 1588. f. Ed. ANUT. FOËSIUS. Francf. 1595. f. ib. 1621. f. ib. 1624. f. ib. 1645. f. Genev. 1657. f. Ed. ANTONID. VAN DER LINDEN. Lugd. Bat. 1665. (Venet. 1757. 4. sine text. Graec.) Ed. RENAT. CHARTERIUS (una cum Galeno). Lutet. Paris. 1639—1679. f. Ed. STEPHAN. MACK. Vienn. Austr. 1743. 1749. f. (incomplet.). *Versiones Latinae.* Vert. FABIUS CALVUS. Rom. 1525. f. ib. 1549. f. ib. 1610. f. ib. 1619. f. Basil. 1526. f. Vert. JANUS CORNARUS (1500—1558). Venet. 1545. 8. Basil. 1546. f. ib. 1553. f. Lut. Par. 1546. 8. Lugd. 1553. 8. ib. 1562. 8. ib. 1564. f. et 8. ib. 1582. 8. Ed. Jo. CULMANN vers. Cornar. Basil. 1558. f. Ed. Jo. MARINELLI vers. Corn. Venet. 1575. f. ib. 1619. f. Vicent. 1610. f. (?) Vert. ANUT. FOËSIUS. Francof. 1596. 8. Ed. J. BAPT. PACTONUS vers. Cornar. c. indice Math. Pini. Venet. 1737. Ed. A. HALLER Lausanne 1769. 8. ib. 1784. 8. Ed. J. FR. PIERER vers. Foësii. Altenburgi 1806. 8. *Vers. Germanicae.* CH. G. GRUNER *Bibliothek der alten Aerzte.* *Leipz.* 1780. 8. J. F. C. GRIMM. Altenb. 1781—1792. 8. (incomplet.). *Vers. Gallicae. Lyon* 1555. 8. CLAUDE TARDY. *Paris* 1667. 4. ANDR. DACIER. *Paris* 1697. 8.

8) HIER. MERCURIALIS censura et disposit. oper. Hippocrat. Venet. 1583. 4. L. LEMOS judicium operum magni Hippocr. lib. unus. Salamant. 1588. f. CHR.

in phaenomenis morbosis accuratissime delineandis totus fuit. Similiter causas morborum praedisponentes et excitantes, praecipue vero quatenus ex positione locorum, natura aëris, aquarum etc. pullulant, indagavit. Vix autem ausus est, caussas proximas morborum, utpote plerumque profundius latentes, quam quae oculo humano cerni queant, determinare. Eo accuratius signa, bona sive mala in morbis praesagientia, tradidit, exitumque morborum in aegrotis, quos curaverat, qualiscunque demum is fuerit, candide exposuit. In morborum curatione caute admodum et prudenter incedebat, multum regimini diaetetico tribuens, nunquam aegros farragine remediorum obruens, interdum forsan plus aequo segnis, sed tamen a remediis activis non omnino abhorrens. Obiit tantus vir anno CCCLXVI a. aer. chr.[9]).

Dogmatici. 4. Defuncto Hippocrate, sophistae iterum, licet modestius, caput extulerunt. Quamvis enim *schola dogmatica*, philosophiae Platonis et stoae innixa, Hippocratis principia jactaverit, ab iis tamen toto coelo aberat. Vel in ipsa enim celeberrima schola, Alexandriae florente, medicina a dialectica peripateticorum inquinabatur.

5. Malo

G. Gruner censura libr. Hippocraticorum. Vratisl. 1772. J. H. Fischer diss. de Hippocrate, ejus scriptis eorumq. editionib. Coburg. 1777. C. Sprengel *Apologie des Hippocrates*. *Leipz*. 1789. 1792. 8.

9) Math. Garbicius de vita, moribus, doctrina et professione Hippocratis. Tubing. 1564.

5. Malo huic *secta* quidem *empiricorum*, haud omnino spernenda[10]), annum CCL inter et CCLXXX a. Aer. chr. Romae vigens, frenum injecit, medicinam intra confinia experientiae revocando. At, continuae disceptationes empiricos inter et dogmaticos progressui artis non solum obstiterunt, sed ipsius artis dignitatem denigrarunt. Empirici.

6. Ex hujusmodi abjectione medicinam liberavit Asclepiades, qui seculo primo a. Aer. chr. medicinam Romae splendide exercuit[11]). Mediam viam inter dogmaticos et empiricos legens, Asclepiades novam medicinae doctrinam, duce philosophia Epicuri, excogitavit. Asclepiades.

## §. III.

*Methodici. Pneumatici. Eclectici. Theosophi. Schola Alexandrina. Secula barbara.*

1. Doctrina Asclepiadis *Themisoni* ad systema *medi-* Methodici.

10) G. G. Richter de veterum empiricorum ingenuitate. Goett. 1741. 4. M. A. Kaiser de medicinae empiricae veteris atque hodiernae diversitate. Helmst. 1741. C. I. Schulze diss. de veteris empiricae scholae dignitate. Hal. 1800.

11) Asclepiadis Bithini fragmenta curavit Gumpert. Vinar. 1794. 8. Blas. Cariophili diss. de icone Asclepiadis, in Ejusd. diss. miscellaneis. Rom. 1718. 4. p. 331 sqq. Ant. Cocchi *discorso primo sopra Asclepiade. Flor.* 1758. 4. *La medicina d'Asclepiade raccolta di* Bianchini. *Venet.* 1769. 8. Burdach diss. sistens scriptorum de Asclepiade recensionem. Lips.

*medicinae methodicae*[1]) condendum auxilio fuit, quo morborum originem a solidorum stricta, laxa, sive mixta conditione explicare conatur. Asseclae memorabilis hujus systematis CAELIUS AURELIANUS[2]) et quodammodo etiam CORNELIUS CELSUS[3]) fuere.

2. Ve-

1800. ASCLEPIADES *und* JOHN BROWN, *eine Parallele von* BURDACH. *Leipz.* 1800.

1) SALMASII exercitt. Plin. in Solinum. T. II. p. 139. PROSP. ALPINI de method. medic. Venet. 1611. 4. P. G. WERLHOF de medic. method. sect. Helmst. 1723. ACKERMANN *Beyträge zur Geschichte der Secte der Empiriker in* WITTWER's *Archiv.* 1. *Th.* p. 36.

2) Acutarum passionum libri III. ed. princeps cura Guinth. Andernacensis. Paris. 1553. 8. Tardarum passionum l. V. ed. princeps cum Oribasii scriptis. Basil. 1529. fol. Conjunct. a Jo. CONR. AMMON. Amstel. 1709. 1722. 4. Item in collection. ALDIN., HALLER. et STEPHAN. C. G. KÜHN de medicis nonnullis in Caelii Aurel. de acutis morb. I. occurrentibus. Lips. 1820. Ejusd. in Cael. Aurelianum notae DAN. GUIL. TRILLERI mss. communicantur. Prog. I—IX. Lips. 1822. 4.

3) De medicina libri VIII. ed. princeps. Florent. 1478. fol. Mediol. 1481. 4. Venet. 1497. fol. Aldina 1528. 8 maj. RUELLII. Paris. 1529. c. comment. BALD. ROUSSEI. L. B. 1592. 4. VAN DER LINDEN. L. B. Elzevir. 1657. 12. MORGAGNI. Patav. 1722. 8. VULPII. Patav. 1750. II. Vol. 8. ALMELOVEEN L. B. 1746. 8. KRAUSE. Lips. 1766. 8. TARGA. Pat. 1769. 4. VALART. Paris. 1772. 12. PARISET. Paris. 1811. DINCKINSON. Lond. 1813. 4. LUCHTMANS. Lugd. Bat. 1785. 4. NINNIN. Paris. 1821. P. FOUQUIER et F. S.

2. Verum non omnes, qui eodem aevo vixerunt, sectae methodicae adhaerebant. Nova enim secta ex applicatione philosophiae Platonis et Aristotelis prodiit, quae, quum phaenomena corporis humani ex principio äeriformi explicaret, *pneumatica* dicta est 4). Pneumatici.

3. Non defuere vero inter pneumaticos, qui, haud neglecta Hippocratis doctrina, et ex reliquis systematibus principia sua depromerent (*Eclectici*). Inter hos dignissimi sunt, qui commemorentur, Aretaeus ex Cappadocia 5) et Claudius Galenus 6), Eclectici.



Rattier. Paris. 1823. — De Celsi vita et scriptis leg. Jo. Rhodii vita Celsi ad calcem diss. de acia pondere et mensuris Celsi. Lond. 1691. 4. G. Matthiae de Celsi medicina. Goetting. 1776. 4. Jo. Fr. Clossii spec. observationum criticarum in Celsum. Ultraj. 1768. 4. Bianconi *Lettere sopra Celso. Rom.* 1779. 8. germanice. Lips. 1781. 8. Fabric. bibl. latin. ed. Ernesti. Tom. II. p. 36. Saxe onomastic. litt. Tom. I. p. 237. Ch. Gottfr. Gruner comm. in locum Celsi de sectis medicorum. Jen. 1803. Gius. Ant. de Chiappa *discorsi medico-philologici intorno alle opere ed alla condizione personale di A. C. Celso. Milano* 1819. M. G. Schillingii quaestio de Corn. Celsi vita. Lips. 1824. 8.

4) J. C. Osterhausen diss. exhib. sectae pneumaticorum med. histor. Alt. 1791. Analecta historico-critica de Archigene medico et de Apolliniis medicis eorumque scriptis et fragmentis, auct. Harles. Erlang. 1816.

5) De morbis acutis l. IV. et de morbis chronicis ed. princeps cura Jac. Gouxyli. Paris. 1554. gr. lat. c. Joh. W. Wiggan. Oxon. 1723. fol. c. not. Trilleri

NUS[6]), vir doctissimus et in rebus anatomicis ver-
satis-

curante BOERHAAVIO. L. B. 1731. fol. lat. Venet. 1552. fol. Paris. 1554. 16. Venet. 1763. 8. Argent. 1768. 8. De vita Aretaei leg. WIGGAN's *Abhandl. über Zeitalter, Lebensgeschichte u. s. w. des Aretaeus* (in fronte editionis suae). Cfr. C. G. KÜHN de dubia Aretaei aetate disquis. Lips. 1779. 8.

6) Opp. omnia 1) *graec.* ed. princeps Aldina. Venet. 1521. V Vol. fol. Basil. cur. Joach. Camerarii et Leon. Fuchsii. 1538. V Vol. fol. 2) *Graeco-latin.* ed. Renatus Chartier cum Hippocrate. Paris. 1639 et 1679. XIII Vol. fol.; item C. G. KÜHN Vol. 1—11. Lips. 1823. 8. 3) *Latin.* Venetiis per Phil. Pintium de Caneto. 1490. fol. cum prolegomenis Conr. Gesneri et indicibus Grataroli et Pantaleonis. Basil. 1562. Venet. 1541. 1550. 1556. 1563. 1570. 1575. 1586. 1600. 1609. 1625. Venet. studio Rasarii 1562. V Vol. fol. ANDR. LAGUNAE epitome operum Galeni. Venet. 1541. 8. IV Vol. Basil. 1551. fol. De vita et scriptis Galeni leg. CONRAD. GESSNER in prolegomenis ad editionem citatam. PHIL. LABBE elogium chronologicum Galeni. Paris. 1660. 8. Ejusd. vita Galeni ex propriis scriptis collecta. Paris. 1660. SPRENGEL *Briefe über Galens philosoph. System* in Ejusd. *Beiträge zur Geschichte der Medicin. I. B. 1. St.* p. 117 seq. Ejusd. *Galens Fieberlehre. Breslau* 1785. 8. ACKERMANN in FABRICII bibl. graeca ed. Harles. lib. VI. cap. 19. Vol. V. SANDIFORT exercitatt. acad. lib. I. cap. 8. p. 113. HEYNE de alexandrina schola et medicinae in eadem summo flore ipsius Galeni studio impense aucto in Ej. opusc. Vol. I. J. E. HEBENSTREIT Palaeologia Therapiae. Ed. C. G. GRUNER. Hal. 1779. 8.

satissimus. Galeni doctrina per multa secula in scholis non sine veneratione tradita fuit.

4. Nihilominus Galeno adhuc vivente, magiae atque theosophiae principia ex Persia, Chaldaea, Arabia et Aegypto, Romam advecta imperium in medicinam exercuere [7]). Theosophi.

5. Hoc tamen non impedivit, quominus e *schola Alexandrina* [8]) medici doctrina eximii prodirent, ex his ORIBASIUS [9]), Imperatoris Juliani archiater, qui circa seculi quinti dimidium floruit; AETIUS [10]), seculo sequenti in aula constantinopolitana archiater; ALEXANDER TRALLIANUS Schola Alexandrina.

7) *Notices sur quelques superstitions et cérémonies en usage chés les anciens dans l'art de guérir. Marseille* 1820.

8) *Essai sur l'école d'Alexandrie. Par* JACQ. MATTER. *Paris* 1820.

9) Collectorum medicinalium quae extant. Paris 1555. 8. vid. H. STEPHANI art. med. princip. *Medicinisch historische Abhandlung über Oribasius, den Leibarzt des Kaisers Julian, von* J. F. C. HECKER, in Ejusd. *Literarische Annalen der gesammten Heilkunde.* 1. *B. Berlin* 1825.

10) AETII AMIDENI 4 Tetrabibl. s. medicor. veter. synops. lib. XVI. Venet. apud Aldum lat. curante J. Cornario. Basil. 1535. 1542. 1549. fol. J. E. HEBENSTREIT tentamen philologicum medicum super Aetii Amideni synops. medicor. vet. libris octo. Lips. 1757. 4. WEIGEL exercitationum Aetianarum spec. Lips. 1791. 4.

NUS[11]) et PAULUS AEGINETA[12]), in arte obstetricia et chirurgica versatissimus, qui initio *seculi septimi* Alexandriae vixit.

BRAND[308]) et egregius filius[309]), patris vestigia legens, J. N. RAIMANN[310]), UDEN[311]), R. THOMAS[312]), LYNMAN SPALDING[313]), F. L. KREYSIG[314]), P. J. HORSCH[315]), BARZELOTTI[316]), J. MANTOVANI[317]), L. W. SACHS[318]), J. MASON GOOD[319]), J. R. BISCHOFF[320]), UWINS[321]), HARLESS[322]) et FR. nobilis ab HILDENBRAND[323]).

17. I) Pro-

308) Institut. pract. med. Vindob. 1816.

309) Institutiones practico medicae, Rudimenta nosologiae et therapiae specialis complectentes. T. I. Viennae 1816. 8. Edidit, redegit, ac propriis lectionibus adcommodavit filius Franciscus nobilis ab Hildenbrand. T. II. ibid. 1821. T. III. 1822 et IV. 1825.

310) *Handb. d. speciellen med. Pathologie u. Therapie. Wien* 1816—17. 2. *Aufl.* 1823.

311) In opere sermone Rossico Petropoli edito tribusque, ni fallor, voluminibus comprehenso.

312) *Nouveau traité de la médecine pratique. Trad. de l'Angl. Paris* 1817.

313) *Institutions of practice of medecine. New-York* 1817.

314) *System d. prakt. Heilkunde auf Erfahrung .... gegründet. Leipzig* 1818—19.

315) *Handbuch d. besondern Krankheitslehre. Frankf. a. M.* 1819.

316) *Elementi di medicina pratica. Pisa* 1819.

317) *Lezioni di terapia speciale e rendiconto clinico. Vicenza* 1820.

318) *Grundlinien zu einem natürlichen dynamischen Systeme der prakt. Medicin. Königsb.* 1821.

319) *Study of med. Vol. I—IV. Lond.* 1823.

320) *Praktische Heilkunde durch Krankheitsfälle erläutert. Prag* 1823.

17. I) Professores qui *scholas clinicas* ad experientiam dirigunt, uti videre est ex actis institutorum clinicorum, quae florent (ne dicamus *Vilnae*[324])) *Helmstadii*[325]), *Jenae*[326]), *Tübingae*[327]), *Vindobonae*[328]), *Würzeburgi*[329]), *Lipsiae*[330]), *Berolini*[331]), *Patavii*[332]), *Romae*[333]), *Luc-* Professor. clinic.

321) *A compendium of theoretical and practical medicine. London* 1825.

322) *Handb. d. ärztlichen Klinik. Coblenz* 1824.

323) Valent. nob. a Hildenbrand institutiones practico-medicae. Ed. ac propr. lectionib. adcommodavit filius. T. II. Vien. 1821. T. III. ib. 1822. T. IV. ib. 1825.

324) J. Frank acta instituti clinici Vilnensis. 1804—12.

325) W. H. G. Remer *Annalen der klinischen Anstalt zu Helmstädt*. 1805.

326) J. F. Ackermann *u.* Ch. E. Fischer *klinische Annalen der med. chir. Krankenanstalt in Jena*. 1805.

327) *Versuche für d. prakt. Heilk. aus dem klinischen Institute zu Tübingen.* 1807—8.

328) J. Mayer *Samml. med. prakt. Beobacht. aus d. Klinik zu Wien.* 1808. — V. J. Hildenbrand ratio medendi in schola pract. Vindobonensi 1809—13.

329) P. J. Horsch *Annalen der klin.-techn. Schule* (*zu Würzburg*). *Rudolstadt* 1809—10.

330) J. Ch. A. Clarus *Annalen des klinischen Institutes vom St. Jacobsspitale in Leipzig.* 1810.

331) C. W. Hufeland *neunter Jahresbericht d. königl. Poliklinischen Instituts der Universität Berlin* 1811—19. *Zehnter Jahresbericht* 1820—22. *Berlin* 1824. — E. Horn *summarischer Generalbericht über das königl. Charitékrankenhaus v. J.* 1816. *Berlin* 1817. Ejusdem: *öffentliche Rechenschaft über meine zwölfjährige Dienstleistung.* Ibid. 1818.

*Luccae*[334]), *Edinburghi*[335]), *Dorpatii*[336]), *Halae*[337]), *Havniae*[338]), *Parisiis*[339]), *Heidelbergae*[340]), *Regiomonti*[341]), *Parmae*[342]) et *Pragae*[343]).

18. K) Me-

332) L. V. Brera *prospetti dei risultamenti ottenuti nella R. I. università di Padova nel corso dell' anno scuolastico* 1811—12. — *Memorie medico cliniche per servire d'interpretazione ai prospetti clinici. Padova* 1816. — *Prospetti dei risultamenti ottenuti nella clinica medica di Padova nell' an.* 1817—18. *compilati dal Dr.* Dall' Oste; item *dell' an* 1819—20. *del Dr.* Tenani.

333) Ratio instituti clinici Romani, auct. J. Mattheis. 1816.

334) *Annali di medicina pratica compilati nell' istituto clinico del Real Liceo Lucchese da* G. Franceschi. 1821.

335) *Reports of the practice in the clinical Wards of R. Infirmery of Edinburgh. By* Andr. Duncan. 1818.

336) Annales scholae clinicae medicae Dorpatensis. a. 1818—20. auct. Erdmann. 1821.

337) *Jahrbücher der ambulatorischen Klinik zu Halle. V.* P. Kruckenberg 1820. 2. *Bd.* 1824.

338) O. L. Bang observationes medicae in praxi privata collectae. Havn. 1822.

339) *Clinique médicale, ou choix d'observations recueillies à la clinique de* M. Lerminier, *et publiées par* G. Andral *fils. Paris* 1823.

340) *Puchelt, Chelius u. Nägele, Heidelberger klinische Annalen. Heidelb.* 1825.

341) C. Unger *Nachrichten über das ärztlich-wundärztliche u. augenheilkundige Clinicum der Universität Königsberg.* 1823.

18. K) Medici, qui *observationes practicas* conscripserunt collegeruntque: W. HEBERDEN[344]), G. ORTEL[345]), B. CH. VOGEL[346]), A. H. HINZE[347]), T. PERCEVAL[348]), J. ABERNETHY[349]), H. WOLFF[350]), J. P. VOGLER[351]), K. G. NEUMANN[352]), J. G. F. HENNING[353]), J. W. BENEDICT[354]), J. P. FRANK[355]), Observatores.

342) *Anno clinico-medico compilato dal Dr.* CARLO SPERANZA. *Parma* 1824.

343) J. R. BISCHOFF, *Darstellung d. Heilungsmethode in d. medicinischen Klinik f. Wundärzte in d. k. k. allgem. Krankenhause in Prag im J.* 1823. *Prag* 1825. — *Klinisches Jahrb. über das Heilverfahren in d. med. prakt. Schule für Wundärzte in d. k. k. allgem. Krankenh. zu Prag. Im J.* 1824. *Prag* 1825.

344) Comment. de morbor. hist. et curat. rec. cur. Soemmerring. Francf. a. M. 1804.

345) *Medicinisch praktische Beobachtungen. Leipz.* 1804.

346) *Sammlung schwieriger medicinisch-chirurgischer Fälle. Altd.* 1805.

347) *Kleine Schriften medic. chir. Inhalts. Liegnitz* 1805. Itém: *Kleine Aufsätze. Breslau* 1806.

348) *Mélange de médecine. Tr. d. l'Angl. p. Odier. Génève* 1808.

349) *Medic. chirurg. Beobachtungen. A. d. E. Halle* 1809

350) *Prakt. Bemerkungen u. Krankengeschichten. Hamb.* 1811.

351) *Erfahrungen u. Bemerkungen aus d. Gebiete d. med. Praxis. Marb.* 1811.

352) *Beyträge zur Arzneywissenschaft. Leipzig* 1811.

353) *Medic. Abhandlungen u. Wahrnehmungen aus d. Gebiete der Erfahrung. Stendal* 1812.

354) *Beyträge für prakt. Heilkunde u. Ophthalmiatrik. Leipzig* 1812.

Frank[355]), T. W. Bernstein[356]), J. Kausch[357]), K. H. Dzondi[358]), J. Schallgruber[359]), C. E. Fabrice[360]), L. Frank[361]), Barker[362]), L. J. Schmidtmann[363]), F. E. Acerbi[364]), J. L. Formey[365]), J. H. Kopp[366]), P. S. Schneider[367]), Ducasse[368]), W. Withering[369]), G. Blane[370]),

Stie-

355) Interpretationes clinicae observationum selectarum, quas ex diariis suis academicis ad propriam epitomen de curandis homin. morbis illustrandam collegit. Tüb. 1812. Et opusc. posthum. Vind. 1824.

356) *Kleine medic. Aufsätze. Frankf. a. M.* 1814.

357) *Memorabilien der Heilkunde. Züllichau* 1816.

358) *Beyträge zur Vervollkommnung d. Heilkunde. Halle* 1816.

359) *Aufsätze u. Beobachtt. im Gebiete der Heilkunde. Grätz* 1816.

360) *Med. chir. Bemerk. u. Erfahrungen. Nürnb.* 1816.

361) *Samml. kleiner Schriften med. prakt. Inhalts. A. d. Fr. Brünn* 1817.

362) *Medical report of the house of Recovery and fever hospital at Corkstreet. Dublin* 1818.

363) Summa observationum ex praxi clinica triginta annorum deprompta. Berol. 1819.

364) *Annotazioni di medicina pratica. Milano* 1819.

365) *Vermischte Schriften. Berlin* 1821.

366) *Beobachtungen im Gebiete der ausübenden Heilkunde. Frankf. a. M.* 1821.

367) *Med. prakt. Adversarien am Krankenbette. Tüb.* 1821.

368) *Mémoires et observations de médecine et de chirurgie. Paris* 1821.

369) *Miscell. tracts. Lond.* 1822.

370) *Select dissertations on several subjects of medical science. London* 1822.

Stiebel[371]), Pujol[372]) — F. L. Augustin[373]), A. F. Loeffler[374]), A. Crichton, J. Rehmann et K. F. Burdach[375]), Renard et Wittmann[376]) aliique[377]).

19. Praeterea genuinam medicinam plus minusve foverunt *academiae scientiarum* et *societates medicae*, quarum acta simul ac *diaria praesertim medica*, sibi invicem successerunt[378]) et eduntur in *Italia*[379]), *Hispania*[380]), Academ. scient. societ. med. diaria.

I 2

371) *Kleine Beyträge zur Heilwissenschaft. Frankf. a. M.* 1823.

372) *Oeuvres de médecine pratique. Paris* 1823.

373) *Die neuesten Entdeckungen u. Erläuterungen aus d. Arzneykunde. Berlin* 1799—1805.

374) *Die neuesten u. nützlichsten prakt. Wahrnehmungen u. Erfahr. f. Aerzte u. Wundärzte. Erfurt* 1803—9. 6 *Thle.*

375) *Russische Samml. für Naturwissenschaft u. Heilk. Riga* 1815—16. 2. *B.* 1817—18.

376) *Auserl. med. prakt. Abhandl. d. neuesten Franz. Literatur.* 1817.

377) *Beobacht. u. Abhandlungen aus d. Gebiete der gesammt. prakt. Heilkunde, von Oesterreichischen Aerzten. Wien* 1819. *Vermischte Abhandl. aus d. Gebiete der Heilkunde, von einer Gesellschaft prakt. Aerzte zu St. Petersburg. Halle* 1821.

378) Cfr. §. IX. 12. (226—241.) 13. (243—258.).

379) *Memorie dell' istituto nazionale Italiano. Class. fisica e matematica. Mémoires de Turin. Sciences physiques et mathématiques. Memorie della società Italiana.* — *Giornale della società medico-chirurgica di Parma. Memorie della società medica di Bologna.* — *Biblioteca*

*nia* [380]), *Gallia* [381]), *Batavia* [382]), *Britannia* [383]),

*Italiana.* *Iride Giornale di scienze, lettere ed arti per la Sicilia.* *Nuovo giornale dei letterati.* *Pisa.* — *Annali universali di medicina*, *compilati da* Omodei. *Milano.* — *Giornale di medicina pratica di* Brera. *Padova.* — *Repertorio medico chirurgico di Torino.* *Giornale di osservazioni medico-pratiche compilate nello spedale grande e nuovo di Palermo*, *dal Sr.* Antonio Longo 1822. — *L'osservatore medico giornale di medicina e delle scienze, che vi hanno rapporto. Compilato da una società di medici.* *Napoli.* — *Mercurio delle scienze mediche.* *Livorno* 1823. — *Archivio di medicina pratica universale compilato dal Dottore* Schina. *Torino* 1824. — *Repertorio medico-chirurgico, opera periodica compilata da alcuni professori della Pontificia università di Perugia membri della facoltà di medicina. Perugia* 1824.

380) *Mémor. acad. de la R. soc. de Sevilla.* — *Decádas medico-quirurgicas. Madrid.* — *Periódico de la Sociedad medico-quirurgica. Cadix.*

381) *Mémoires de l'institut national de France.* — *Mém. de l'académie.* — *Classe physique et mathématique.* — *Mémoires de Montpellier.* *Mémoires de Toulouse.* *Actes de la société de médecine pratique de Montpellier.* *Recueil des actes de la société de santé de Lyon.* Capelle *journal de la société de santé et d'histoire naturelle de Bordeaux.* — *Gazette de santé.* *Annales de litérature médicale étrangère redigés par* Klingskin. *Journ. d'observations de médecine continué par* Denis. *Journ. complémentaire du dictionnaire des sciences médicales*, *Nouvelles medico-chirurgicales.* — *Journ. de médecine, chirurgie et pharmacie par* Corvisart, le Roux *et* Boyer. — *Nouveau journ. de médecine, chirurgie et pharmacie.* *Journ. de médecine*

*nia* [383]), *America* [384]), *Dania* [385]), *Suecia* [386]), *Ros-*

*Françoise et étrangère. Nouvelle bibliothèque germanique medico-chirurgicale par* BREWER *et* HUET. *Recueil périodique de la société de médecine de Paris par* SEDILLOT. — *Bulletin de l'école de médecine et de la société etc. de Paris. Bulletin de la faculté de médecine et de la société de Paris.* — *Mémoires de la société de médecine d'émulation de Paris. Bibliothèque médicale. Indicateur médical.* — *Annales du cercle médical. Revue médical historique et philosophique. L'observateur provençal des sciences médicales. Marseille. Tablettes médico-chirurgicales. Journ. général de médecine. Archives générales de médecine.* — TARTRA *bulletin des sciences médicales. Bulletin des sciences médicales publié par Mr.* FÉRUSAC. *Nouveau bulletin de la société philomatique.* GRAPÉRON *bulletin des sciences médicales.* — *Annuaire des hôpitaux civils de Paris.* — *Journ. de physiologie expérimentale par* F. MAGENDIE. — *Revue encyclopédique.* — *Bulletin général et universel des annonces et nouvelles scientifiques.* — *Journ. médical de la Gironde. Bordeaux* 1824.

382) *Verhandel. van het Utrechtsch Genootsch.* — *Nieuwe Verhandel. van het Genootsch. ter Bevordering der Heelk. te Amsterdam. Handel. van het Genootsch.*: servandis civibus. *Practisch Tijdschrift voor de Geneeskunde in al haaren omvang. Actes de la société de médecine de Bruxelles. Actes de la société libre des sciences physiques et médicales de Liège.* — *Practisch Tijdschrift voor de Geneeskunde in al haaren omvang. Gorinchem* 1822.

383) *Transactions of the Linnean society.* — *Transactions of the R. humane society.* — *Medical observations by a society of physicians in London.* — *Medical communications.* — *Memoirs of the medical society of Lon-*

*Rossia* [387]), *Polonia* [388]), *Germania* et *Helvetia* [389]). 20. Po-

*don. Medico-chirurgical transactions. Transactions of a society for the improvement of medical and chirurgical knowledge.* — *Essays and observations physic. and litter. The quarterly journal of British and Foreign medecine and surgery. London.* — *Memoirs of the society of Manchester.* — *The medical and physical journal conducted by* Brody *and* Adams. — *The London medical, surgical and pharmaceutical repository. By* Burrow. *The Monthly Gazette of Health. By* R. Reece. *London.* — *Medical and philosophical commentaries by a society in Edinburgh. Medical essays and observations by a society in Edinburgh.* — *The Edinburgh review. The Edinburgh medical and surgical journal. By* A. Ducan. — *The transactions of the R. Irish academ.* — *Transact. of the medico-chirurgical society of Edinburgh instituted August 2d.* 1821.

384) *Memoirs of the American academy.* — *Transactions of the American society. American medical recorder.* — *Transactions of the college of physicians of Philadelphia.* — *Journal of the academy of natural science of Philadelphia.* — *Eclectic repertory and analytical review by a society of physicians of Philadelphia.* — *The medical repository.* Chopman's *Philadelphic. journal.* — *Transactions of the literary and philosophical society of New-York.* — *New-York medical and surgical journal by* Francis, Dyckman *and* Beck. — *The Western quarterley reporter of medical, surgical and natural science.* — *Medical papers communicated to the Massachussets medical society.* — *Anales de la academia de medicina de Buenos Ayres. Buenos Ayres* 1823. — *The medical review and analytical journal by* J. Eberle *and* G. M. Clettan. 1824.

20. Postremo seculi decimi noni initium etiam

Nosologiae, dictionaria, en-

385) *Bibliothek for Laegar. Kiobenhaven. Archiv for Lägevidenskabens Historie i Danmark. Udgivet af* J. D. Herholdt. 1823.

286) Acta literaria Sueciae. — *Neue Schwedisch akadem. Abhandlungen.* — *Vetensk. Acad. Nya Handl.* — *Svenska Läkare-Sällsk. Handl. Ars-Berättelse om Svenska Läkare-Sällskapets arbeten. Stockh.* 1821.

387) Comment. soc. phys. med. Mosquensis. Et diarium quod Caesarea academia medico-chirurgica Petropolitana sermone Rossico publici juris reddit.

388) *Dziennik Wilenski* — *Pamiętnikow Towarzystwa Imperatorskiego Wilenskiego.* — *Dziennik Medycyny, Chirurgii i Farmacyi.*

389) *Abhandl. d. Bairischen Akademie. Archiv der prakt. Heilkunde f. Schlesien u. Südpreussen.* 1799. — *Neue Schriften der naturforschenden Freunde in Westphalen.* — *Abhandl. einer Gesellschaft Aerzte in Hamburg.* — *Arbeiten einer Gesellschaft der Oberlausitz.* — *Denkwürdigkeiten der vaterländischen Gesellschaft der Aerzte Schwabens.* — *Annalen der Wetterauischen Gesellschaft f. die gesammte Naturkunde.* — *Abhandl. d. physikalisch-med. Societät in Erlangen. Museum d. Heilkunde.* — *Archiv der medic. chir. u. pharmac. Gesellschaft Schweizerischer Aerzte in Aarau.* — *Schriften der Gesellschaft zur Beförderung der gesammten Naturwissenschaft zu Marburg.* 1823. — *Neues Journ. für die chirurg. Arzneykunde u. Geburtshülfe. Berl.* 1803. — Sternberg *Literaturzeitung für die Med. u. Chir. nebst ihren Hülfswissenschaften. Gosl.* 1804. — *Allgem. Literaturzeitung von Halle. Allgem. Literaturzeit. von Leipzig.* — J. F. Pierer *allgem. med. Annalen d.* 19. *Jahrhunderts.* 1801—20. Ejusd. et Choulant *kritisch. Annalen d. Med. als Wissenschaft u. Kunst.* — Horn's

cyclopaediae, repertoria. etiam ob id celebrandum est, quod cohortes tum morbo-

*Arch. f. d. med. Erfahrung.* Ejusd. *neues Archiv. Neue Folge.* Ejusd. et NASSE, HENKE etc. *Archiv f. med. Erfahr.* J. NEP. EHRHART EDLEN VON EHRHARTSTEIN, *med. chir. Zeitung. Inspruck.* — *Med. Archiv von Wien u. Oest. unter der Enns vom J.* 1800—1801. — *Medicin. Jahrb. des k. k. Oesterreich. Staates.* Bibliotheca medico-chirurgica pharmaceutico-chemica. Berolini. J. N. RUST *Magazin d. gesammten Heilkunde, mit besonderer Beziehung auf d. Militairsanitätswesen in d. königl. Preuss. Staaten.* — Ejusd. *kritisches Repertorium f. d. Heilk.* — *Neues Journ. d. ausländischen med. chir. Literatur von* HARLESS *u.* RITTER. J. J. GUMPRECHT *u.* H. G. GERSON *Magazin d. ausländ. Liter. d. gesammt. Heilkunde.* — Cont. G. H. GERSON *u.* N. H. JULIUS *Magazin d. ausländ. Lit. d. gesammt. Heilkunde u. Arbeiten d. ärztlichen Vereins in Hamburg.* — K. H. DZONDI *Aesculap, eine Zeitschrift . . . f. ausüb. Aerzte u. Wundärzte.* — J. CH. HARLESS *Jahrb. d. Deutschen Med. u. Chir.* — Cont. *Rheinische Jahrbücher d. Med. u. Chir. Deutsches Archiv f. Physiologie von* J. F. MECKEL. — FRORIEP *Notizen aus d. Gebiete d. Natur- u. Heilkunde.* F. STRANSKY v. GREIFFENFELS *hist. kritische Zeitschrift d. neuesten Deutschen Med. u. Chirurgie.* — Continuatur Diar. Hufelandi, v. §. X. 15 (224). *Kritische Hefte f. Aerzte u. Wundärzte. Von Dr.* J. CH. G. JÖRG. *Leipz.* — *Annalen der gesammt. Heilkunde unter der Redaction der Mitglieder d. grossherzogl. Badischen Sanitäts-Commission. Carlsruhe* 1824. — *Literarische Annalen der gesammten Heilkunde. Herausgeg. von* F. C. HECKER. *Berlin* 1825. *Annal. f. d. gesammt. Heilk. unter d. Redact. d. Mitglieder d. Grossherzogl. Badischen Sanitäts-*

morborum genus humanum excruciantium, tum librorum ad cognitionem et curam illorum spectantium, debitum magis magisque in ordinem compositae fuere, tam a *nosologiis* [390]), quam a *dictionariis* [391]), *encyclopaediis* [392]), *repertoriis* [393]), aliisque operibus [394]).

*Commiss.* 1. *Bd.* 1. *Hft. Carlsruhe* 1824. 1. *Bd.* 2. *Hft.* Ibid. 1825.

390) Swediaur novum nosologiae methodicae systema. Hal. 1812. — Fercoq *la synonymie ou concordance de la nomenclature de la nosographie philosophique du prof. Pinel, avec les anciennes nosologies. Orléans* 1813. Alibert *nosologie naturelle, ou les maladies du corps humain distribuées par familles. Paris* 1817. J. Mason Goad *a philosophical system of nosology with a correct and simplified nomenclature. Lond.* 1817. — D. Hosack *system of practical nosology. New-York.* 2. *edit.* 1821. — C. G. G. Creutzwieser diss. de variis tentaminibus nosologicis. Hal. 1821. *The study of medecine. Lond.* 1822. 4. *Vol.* — Th. Young *an introduct. in medic. literature, including a system of pract. nosology. Lond.* 1823. 2. *edit.*

391) F. J. Zimmermann *philosoph. medic. Wörterbuch zur Erleicht. d. höhern med. Studiums. Wien* 1803. 2. *Aufl.* 1810. — *Dictionnaire des sciences médicales. Paris* 1813. (Ipsis a Gallis definitur hoc opus ut „*Barathrum où se trouvent pêle mêle, et souvent côté à côté, le bon, le mauvais, l'excellent, l'absurde et le pitoyable; espèce de tour de Babel, où l'on parle toutes les langues, où l'on enseigne toutes les doctrines.*" V. *Journ. général de médecine françoise et étrangère. T. LXXXII — XXI. de la seconde série. No.* 314. *Janvier* 1823. p. 93.). *Dictionnaire abrégé des sciences médicales*

*dicales. Dictionnaire de médecine en 18 volumes. Paris* 1821. — DREYSSIG *Handwörterbuch der medicinischen Klinik. Erf.* 1812. Continuat. ab J. H. G. SCHLEGEL. Ibid. 1824. — A. F. HECKER lexicon med. theoret.-pract. reale. Gothae 1816—20. *Fortgesetzt von* H. A. ERHARD. 1824. 4 *Bde.* — J. F. PIERER *med. Realwörterbuch. Altenb.* 1816—21. — H. BRANDELS *med. Wörterbuch. Gött.* 1820. — PARR *the London medical dictionary.* 1820. — A. BALLARO *diccionario de medicina. Madrid* 1821. — *Dizionario periodico di medicina, esteso dei profess.* L. MARTINI *e* L. ROLANDO. *Torino* 1824.

392) J. D. METZGER *Skizze einer med. Encyclopädie vom Anfang d.* 19. *Jahrhunderts. Königsb.* 1804. C. CONSBRUCH *allgem. Encyclopädie f. pr. Aerzte u. Wundärzte. Leipzig* 1802—21. — J. W. H. CONRADI *Grundriss d. med. Encyclopädie u. Methodologie. Marb.* 1815.

393) J. L. DÖMLING *kritisches Repertorium. Herborn* 1803. IM. MEYER *Repertorium d. gesammt. Heilkunde. Berlin* 1809. — REUSS repertorium commentationum a societatibus litterariis editarum. Scientia et ars medica et chirurgica. Goett. 1813—18.

394) A. F. LOEFFLER *Handbuch des Wissenswürdigsten aus d. med. chir. Praxis.* 1803. — C. F. LUDWIG *Einleitung in die Bücherkunde der prakt. Medicin. Leipzig* 1806. — F. BURDACH *die Literatur der Heilwissenschaft. Gotha* 1810—11. Ejusdem: *Handbuch der neuesten in- u. ausländischen Literatur der gesammten Naturwissenschaften u. der Medicin u. Chirurgie. Gotha* 1822. — VILLARS *essai de la litérature médicale. Strasb.* 1811. — J. S. ERSCH *Literatur der Medicin seit der Mitte des* 18. *Jahrhunderts, neue fortgesetzte Ausgabe von* F. A. B. PUCHELT. *Leipz.* 1822.

INTRO-

# INTRODUCTIO
## AD
# STUDIUM CLINICUM.

## *Introductio ad studium clinicum.*

### §. XII.

*Quaenam a nobis praxin medicam tractandi via ineunda sit.*

1. Conspectus historiae et literaturae praxeos medicae docet, varias vias ad istam excolendam exercendamque tentatas fuisse. Filum enim Ariadnaeum expetierunt alii a *philosophia*, alii a *chemia*, alii a *mathesi*, alii a *doctrina solidi vivi*, alii ab una *experientia*, alii demum e *plurimis fontibus simul.* Superest nunc ut stabiliamus, *quaenam a nobis praxin medicam tractandi, ineunda sit via?* Generatim.

2. *Philosophia* sicuti aliis disciplinis, ita et medicinae instar luminis est. Loquimur vero hîc de *genuina* philosophia, cujus elementa in operibus Fr. Baconis [1]), Th. Reidii [2]), J. Senebieri [3]), A. M. Weikardi [4]), W. Zimmermanni [5]), J. Lo- Quid philosophia?

1) Novum organon scientiarum. In Opp.

2) *Inquiry into the human mind, on the principle of common sense. London* 1769.

3) *L'art d'observer. Génève* 1775.

4) *Der philosophische Arzt. Frankf.* 1775.

5) *Von der Erfahrung in der Arzneykunst. Zürich* 1787.

J. Locke[6]), N. P. Gilbert[7]), Clerc[8]), St. Tourtelle[9]), K. Sprengelii[10]), Ph. Pinelii[11]), Roullieri[12]), Gilberti Blane[13]) inveniuntur, quaeque toto caelo a *sophistica*, alterius nomen usurpante, differt. Enim vero *philosophia genuina* contentionibus inimica est, naturali hominis judicio innititur, ingenium acuit, imaginationi frenum injicit, vanas ideas respuit, sensuum limites non transgreditur, facta in ordinem disponere, comparare, ex iis caute observationes, regulasque generales deducere docet, verbo, quomodo scientiae excolendae sint, tradit. *Sophistica* contra delectatur contentionibus, ideas abstrusas in idiomate barbaro complectitur, ac, ut vidi-

6) *Essay on human understanding. London* 1788.

7) *Les théories médicales modernes comparées entre elles et rapprochées de la medecine d'observation. Paris a. VII.*

8) *Histoire naturelle de l'homme considérée dans l'état de maladie, ou la médecine rappellée à sa première simplicité. Montpellier. a. VII.*

9) *Elémens de médecine, théorique et pratique. Strasbourg. a. VII.*

10) *Handbuch der Pathologie.* 3. *Aufl. Leipz.* 1802—10.

11) *Nosographie philosophique. T. II.* p. 520.

12) *Essai sur la philosophie médicale, contenant l'examen des principes qui servent de base aux diverses théories et leur application à la pratique. Paris* 1815.

13) *Elements of medical logick, illustrated by practical proofs and examples. Lond.* 1818. Vers. Germanica cum praef. Blumenbachi exstat. Goett. 1820.

vidimus[14]), anguis instar in scientiarum contextum dolose sese insinuat[15]).

3. *Chemiae*, antiquitus medicinae adoptatae, exemplum[16]) nos terret. Nec recentius ejusdem generis tentamen[17]), animum addit. Quamobrem eo magis chemiae facem ad medicinam excolendam rejicimus, cum illa ipsa aevo nostro chaos exhibeat. Quid chemia?

4. Quamvis exempla *matheseos et mechanices* medicinae applicitae[18]), minus nos terreant, attamen illa non sumus secuturi, propterea quod medicina evidentiam, qua illae gaudent scientiae, neutiquam admittit, atque leges quibus corpora inanimata gubernantur, valde ab illis, quae corpus humanum vivum regunt, differre solent. Quid mathesis?

5. Legum quae corpus humanum vivum gubernant, plurimae in doctrina *solidi vivi* seu *dynamica* exponuntur. At cum opus illas stabiliendi necdum absolutum sit, cumque ipsae quae jam stabilitae sunt leges multis adhuc premantur dubiis; quisnam prudens atque conscientia praeditus, fundamento tam infirmo, praxin medicam, Quid solidum vivum?

a cu-

14) §. II. 3. — 4. — §. XI. 4.

15) De sectatoribus hujus philosophiae spuriae valent verba ALGAROTTI: „*furono a ragione paragonati co' ballerini, i quali dopo lor volte, riprese, aggiramenti e scambietti si trovano alla fine del ballo nello stesso sito, nè più nè meno, che il cominciarono.*"

16) §. VII. 1. 4. 17) §. X. 3.

18) §. VIII. 1. 2.

a cujus praeceptis salus generis humani pendet, superstrueret?

Quid observatio?

6. Ejusmodi conamen eo magis improbandum foret, cum via longe tutior ad praxin medicam tractandam, pateat. Loquimur de via, quam, praeeunte Hippocrate, et suadente Bacone, secuti sunt Sydenham, Baglivius atque medici omnes, quorum memoria generi humano carissima est, quorumque opera literaria seculorum imperio resistere potuerunt: loquimur de via, quam medicorum quivis, etiamsi primum studiis erroneis corruptus, dummodo plus judicii quam vanitatis habeat, ocyus serius ipse initurus est; verbo, loquimur de casta naturae *observatione*, de methodo videlicet, morborum phaenomena, quotquot sunt, accuratissime observandi, eaque cum phaenomenis, ex sectione cadaverum emergentibus, sedulo, comparandi; rerum positiones omnes, quae, aut evolutionem morbi praegressae sunt, aut eam comitatae, attente eruendi; tandem de forma, sede, indole et exitu morbi, omni mentis contentione adhibita, caute judicandi; postremó ea auxilia, quae alias sub similibus circumstantiis ad morbum sive tollendum, sive sublevandum, sive ad vitam aegri prolongandam utilia, aut saltem innocua detecta fuere, prudenter in usum deducendi; quin tempus investigatione intimae naturae morbi, aut modus agendi pharmacorum, teratur.

7. Eri-

7. Erimusne igitur sola observatione contenti, a qualibet theoria alieni, aut aliis verbis, erimusne potius *empirici* quam *dogmatici?* — Cum de bono aut malo vino judicare non possis, nisi gustaveris; etiam de morbis judicare non poteris, nisi illos observaveris. Absurda hinc est Arabum illa medicinae divisio, in theoriam et practicam, neque ejus unquam apud Graecos mentio fit. Si enim theoria ratiocinium aliquod significat, — quum hoc in medicina nonnisi ex observatione deduci possit, — nemo, nisi practicus, sive observator, theoriam acquirere valet. Quodsi pro theoria imaginationis partus obtrudatur, ac praxis secundum ejusmodi fictionem ordinetur, id rudissimam aeque ac periculosissimam empiriam sistere contendimus.

Erimusne empirici?

8. Cum empirica morborum observatio, ratiocinium dogmaticum non excludat, nil sane obstat, quominus *eclecticorum*[19]) more, ex diversis systematibus unum alterumve principium, experientiae consonum, eligamus. „Ex quovis quidem flore, mellis quidquam apum industria sugit; et latet in quovis systemate nectaris humor, qui colligi et quoscunque demum in usus converti mereatur"[20]). Quae sententia inprimis de modo varia phaenomena morbosa explicandi, valet. Sic *chemia* pulchre de origine diabetis, calculorum, morbi caerulei, asphyxiae, ex suspenso opere

Monitum.

19) §. III. 3. 20) J. P. Frank opusc. posthum. p. 45.

opere respirationis, rationem reddit. Sic *mechanica* et *hydraulica* praeclare symptomata obstructionem viscerum et haemorrhagias concomitantia explicant; sicque *doctrina solidi vivi* bene interpretatur plura phaenomena morbis nervorum addicta. — Praeterea cum naturae observatio haud raro ideas novas suggerat, quae digestae ac experientiae crucibulo submissae, medicam locupletant praxin; talia sane conamina, quatenus non temere a tironibus imberbibus, sed religiose a viris expertis suscipiuntur, absit ut improbemus.

Definita sic via, quam ad praxin medicam in genere tradendam elegimus, restat ut modum *partes hujus doctrinae* in specie excolendi, tradamus. Ordimur a *symptomatologia.*

## §. XIII.

*Quomodo symptomatologia excolenda sit.*

De facultate observandi.

1. Quemadmodum facultas quocunque in conamine excellendi naturae dono innititur; sic quoque facultas phaenomena morbosa rite observandi. Hac facultate maxime gaudere solent homines, fronte spatiosa, convexa, prominentiis conspicuis ossium frontalium et potissimum sensibus exquisitis, instructi. Oportet vero istud naturae donum ab infantia usque excolatur; quod fit inprimis per consuetudinem, adtentionem in objecta sensibus obvia modo debito figendi.

Prae-

Praeterea nil magis facultatem observandi acuit, quam exercitium in arte delineandi et pingendi[1]. Accedit studium historiae naturalis, praesertim excursiones, ut vocant, botanicae et entomologicae. Porro ad phaenomena morborum rite observanda requiritur mens a praeconceptis opinionibus et systematum fascinatione libera[2]. Ab initio pauci aegroti, sed hi accuratissime observandi sunt[3]. A morbis simplicissimis ad complicatos sensim sensimque procedendum[4]. Juvat simul munus aegrotis noctu ministrandi[5]. Interea illis *continuo* adstare, debitam potius impedit observationem, quum mutationes, quae gra-

K 2 datim

1) Sic Beerius exiguas illas notas, quae ophthalmiarum varias species inter se distinguunt, vix absque arte delineandi et pingendi, in qua excellebat, eruere potuisset.

2) Legantur Baglivi de praxi medica ad priscam observandi rationem revocanda. Romae 1796, cujus versio germanica habetur in *Allgem. med. Annalen* 1815. p. 243. et Jos. Schneider *über Systemsucht, Mode u. Sectengeist unter den Aerzten. Fulda* 1823.

3) Pro instituto clinico medico lecti duodecim sufficientes sunt.

4) Ars professoris clinices, aegros facultatibus et necessitatibus discipulorum accommodatos eligendi, magni facienda est.

5) In clinico Vilnensi, quaque nocte, duo inter alumnos aegrotis ministrare debuerant. Sic etiam medici consuetudinem vigilias nocturnas, occupationibus diurnis jungendi, acquirunt.

datim in morbo contingunt, difficulter tunc animadvertantur. Facultate morbos observandi jam exercitio firmatâ, tironibus in arte medendi, magna nosocomia praesto sunt. Quodsi hìc mos aegros festinanter obiterque visitandi vigeret[6]; ne ille exemplo sit, cavendum. Generatim nil magis ad phaenomena morbosa rite observanda impellit, quam animi tranquillitas (ne scilicet medicus a negotiis alienis, delectatione et voluptate distineatur) et misericordia erga aegrotos[7]).

Divisio symptomatum.

2. Phaenomena morborum (*symptomata*) aut in sensus medici cadunt (*symptomata objectiva*), aut ex aegrorum relatione cognoscuntur (*symptomata subjectiva*).

Symptomata objectiva.

3. *Symptomata objectiva*, in neonatis aliisque aegrotis loquela aut judicio destitutis, maxime valent. Quamobrem ne quid, quod aut ad primitivam corporis structuram aut ad morbum acquisitum spectat, praetervideatur, ejusmodi aegroti, in loco lucido, vestibusque exuti examinandi

nandi

6) Eduard Meissner *Bemerkungen aus d. Taschenbuche eines Arztes während einer Reise von Odessa u. s. w. Halle* 1819. p. 122.

7) Medicorum ista dos per animalium vivorum sectiones, nunc temporis usitatissimas, necessario pessumdari debet; ac lucro quod physiologia, pathologia et materia medica ex horrendo isto fonte haurit, pretiosissimae illius dotis jacturam compensare unquam posse, valde dubito.

nandi sunt. Quod praeceptum plus minusve in omni aegro sequi debemus. Medicus enim illud negligens vultumque dumtaxat aegri sui noscens, duci supremo exercituum, qui, sine praevia campi totius exploratione, pericula praeliorum iniret, aequiparare potest. Praeterea quum plurima symptomata aegro quiete decumbente non appareant, appareant vero illico, dum ille surgit, deambulat, scalas ascendit etc.; si vires aegri id permittant, veterinariorum exemplum (quatenus equos de morbis suspectos ad varia gressus genera impellere solent) imitari juvat. Multum quoque ex conspectu aegrotorum dormientium atque sub actu evigilationis constitutorum addiscitur. Generatim respicienda sunt corporis habitus, color, temperatura, positio; conditio cutis, carnium subjacentium, unguium, capillorum, transspirationis, faciei, praesertim palpebrarum, oculorum, frontis, aurium et earum ceruminis, nasi, oris, labiorum, dentium, gingivarum, linguae, halitus, salivae, faucium, colli, deglutitionis, vocis, loquelae; inspiratio, exspiratio; tussis, sputa, sternutatio, oscitatio et singultus; cordis arteriarumque motus, status regionis epigastricae, hypochondriorum et reliqui abdominis; vomitus, faeces, urina, menstrua, lochia, lac et excretio spermatis.

4. *Symptomata subjectiva* circa molestias, adpetitus, sensuum laesiones, conditionem animi versan- Symptomata subjectiva.

versantur; aegroti querelas de morbo optime linguâ vernaculâ exprimere solent[8]), quam non minus quam et dialectum unicuique regioni propriam, medicus probe noscat oportet[9]). Ne aegrotum, dum historiam morbi narrat, intempestivis quaestionibus interrumpas[10]).

Examen aegrorum.

5. Ars enim aegrotos rite examinandi[11]) neutiquam

8) Plurimi extraneorum, qui caeterum egregie idiomate Gallico loquuntur, dum de morbis quaestio est, verba rebus minime accommoda adhibent. Sic Germanus dolorem ad cor percipiens facile loquitur *d'un mal au coeur*, quod revera conatum vomendi significat. Sic Polonus sub nomine *une colique*, dolorem qualemcunque pungentem, non illum dumtaxat abdominis, designare solet; ne de erroribus loquar, quibus conversio vocabuli variola, in *vérole*, jam pluries ansam dedit.

9) *O fam* dixit quondam aeger rusticus patri meo in clinico Ticinensi, qui, illum de uxore (*femme*) conqueri existimavit. Ast aeger de *fame* loquebatur. — Quisne dialectus Austriacae ignarus crederet, *das Schnakerl*, singultum, *die Fraisen*, convulsiones, *das Blutbrechen*. haemoptoen, significare? — Ex lingua hebraica, germanica et polonica composita est singularis judaeorum Lithuanicorum dialectus, quam Vilnae addiscere coactus fui.

10) Tirones medici a prava hac consuetudine vix arceri possunt; culpam tum in impatientiam aetati juvenili propriam, tum in praecepta erronea, quae circa examen aegrorum tradi solent, rejicio.

11) M. Alberti diss. de aegrorum examinis methodo. Hal. 1731. — Eyerel obs. med. varii argument.

tiquam in serie quaestionum, ordine modo physiologico modo anatomico instituendarum, consistit. Qui enim aut functiones vitales, naturales, animales et sexuales, aut partes a capite ad calcem percurrit, aequiparari potest alicui, qui cupiens patriam advenae noscendi, illi e quo loco profectus sit dicere non concederet, sed ad scopum suum attingendum, quaestionibus innumeris provincias quot quot inter polum arcticum et antarcticum sitae sunt, singillatim ad trutinam vocaret. Suademus igitur, ut medicus aegro suo silens adstet, utque narrationi historiae morbi attentissimas praebeat aures. Ex ista, etiamsi rudi narratione, nec non ex conspectu aegri, aliter fieri nequit, quam ut medicus saltem *suspicionem* de praesentia unius alteriusve aegritudinis

praemitt. method. examinandi aegros. Vindob. 1786. — A. W. Smith *Entwurf eines methodisch-systematischen Krankenexamens. Wien* 1787 (1796). F. de Stahl diss. de examine aegri rite instituendo. Wirceb. 1791. — M. Stoll *allgem. Anleitung Kranke zu examiniren. Marb.* 1792. — J. F. Gotthard *Leitfaden für angehende Aerzte, Kranke zu prüfen. Erlang.* 1793. — S. G. Vogel *Krankenexamen. Stendal* 1796. et *allgem. medicinisch-diagnostische Untersuchungen zur Erweiterung u. Vervollkommnung seines Krankenexamens. I. Th. Stendal* 1824. Chr. A. Struve *tabellarische Uebersicht zum Behuf des Krankenexamens. Hannov.* 1800. — Hildenbrand prolegom. in praxin clinicam. Vindob. 1807. p. 221. Guiton *diss. sémiologique à l'art d'observer et d'interroger les malades. Paris* 1809.

dinis acquirat. Nunc solum tempus opportunum est quaestiones instituendi, ast non vagas, sed ita constitutas, ut ad conceptam de morbo latente suspicionem, aut confirmandam, aut infringendam inservire possint. Quaestiones hujusmodi placide et formâ colloquii instituendae sunt: illarum nulla, nisi consulto, bis locum obtinere debet. Immo quaestiones, in quantum fieri licet, tali modo instituendae sunt, ut aeger illas affirmare possit: saltem evitandae sunt quaestiones, quibus aeger verisimiliter negando respondebit, e. c. num (sub febre magna cum lingua spurca) ciborum desiderium vigeat etc.?

Exploratio aegrorum.

6. Ad symptomata toto in ambitu eruenda, saepe *aegri exploratione* opus est; quae exploratio nisi secundum artis praecepta fiat[12]), lucrum non portendit, atque medici ignorantiam patefacit. Peculiares explorandi rationes ad tractatus morborum speciales remittendo, hîc dumtaxat de *exploratione pulsuum*, *caloris corporis*, *linguae* et *abdominis*, quippe communissimis, locu-

12) A. Platner methodus investigandi locos adfectos. Tub. 1579. — S. H. Slevogt pr. de mediis morbos explorandi naturalibus. Jen. 1721. — J. J. Scharandagi modus et ratio visendi aegros. Erf. 1749. — J. P. Frank oratio academica, de signis morborum, ex corporis situ partiumque positione petendis, habita Ticini Reg. die 24. Maji 1788. Contin. in volumine VI. Delectus opuscul. medic. antehac in Germaniae diversis academiis editorum. Ticini. a. 1789.

locuturi sumus. — *Pulsus* non nisi compositis, ab adspectu medici, ab actu evigilationis aut quacunque demum alia caussa ortis turbis, explorari debet. Pulsum tangendo caveat medicus ne aegroto tergum vertat, aut cubitu suo faciem illius allidat. Evitet quoque negotium hujusmodi manibus frigidis, sudore irroratis, immundis, uncinatis, suave olentibus (et annulis pretiosis ornatis?) suscipere. Brachium pulsuum explorationis caussa ab aegro conscio expetitur, et, nisi sudor aut frigus impediant, stragulis superimponitur, idque ab omni compressione immune leniterque ad interiora versus flexum. Explorari solet arteria in carpo decurrens, propterea, quod conspicua, superficialis, longa et ex opposita parte a corpore duro subfulta est. Quum vero haec arteria plurimis anomaliis (quas inter decursus super dorsum radii communissimus est), alterutro plerumque in brachio obnoxia sit; pulsus vicissim in utroque, aut ad arterias carotides et temporales tangendus. Nisi medici vultus satisfactionem in pulsu explorando ostendere valeat; maneat physiognomia saltem immobilis, ne aeger, ad minimos gestus in malam partem interpretandus pronus, terrefiat. Sileat simul uterque! aeger scilicet, ne pulsus a sermone concitetur; et medicus, ne adtentio distineatur. Quum tirones cunctas pulsuum qualitates uno eodemque temporis puncto simul animadvertere

vix

vix possint, ut arteriarum illarum *frequentiam, vim, constantiam* et *rhythmum* vicissim explorent, suademus. *Pulsuum frequentia* exactissime ope horologii, minutis, sic dictis, secundis instructi, determinatur[13]). *Pulsuum vis* apicibus digitorum trium (pollice semper excepto ne propria arteriola ibi pulsans fallat) longitudini arteriae admotis, vicissim modo plus modo minus comprimendo, exploratur. *Pulsuum constantia* et *rhythmus* explorationem saltem ad sexagesimam horae partem protrahendo, illamque concessis nonnullis intervallis reiterando, cognoscuntur. Quid de *motu laterali arteriarum*[14]) respectu pathologico sentiendum sit, tempus docebit. — Opportunitate qua pulsum tangimus, ad *calorem quoque cutis* et conditionem carnium subjacentium explorandam, fruimur. Hoc sub opere, inprimis apud feminas, ne brachium indecore palpemus monendum.

13) Jo. Val. Hildenbrand (Prolegom. in prax. clin. p. 120.) paucis casibus exceptis, hanc ceremoniam *medicastris* relinquit! Declarationem hanc alia sequitur, qua distinctiones pulsus in vermicularem, myurum, formicantem, serratum, caprizantem etc. pro *subtilitatibus nullum in praxi fructum habentibus*, definiuntur!

14) Bichat *anatomie générale. T. I.* p. 289. — Parry *an experimental inquiry into the nature, cause and varieties of arterial Pulse. Lond.* 1816. — J. F. G. Hecker in Hufeland's *Journ. d. prakt. Heilkunde* 1824. *August.* p. 23.

dum. Liceret et thermometrum in usum deducere. — *Lingua* potius inspicienda quam tangenda. Ut aegroti, animi haud compotes, linguam exerant (excitatâ prius illorum adtentione exemplum medici eundem actum peragentis, plus valet quam jussio. In neonatis lingua durante vagitu inspicienda est. Infantes, nisi jussui obtemperent, donis et ludis[15]) ad hanc actionem adiguntur. Instrumentum (*Katagogloss*) nuper ad linguam deprimendam detectum, nondum vidimus. — *Exploratio abdominis*, aegro supine decumbente, cruribus ventri attractis, genibus flexis, musculisque colli per congruam capitis positionem relaxatis, instituitur. Manus medici explorantis, intuitu in aegri faciem defixo, variis abdominis regionibus admovetur, idque sine vi, ne fortiori apicibus digitorum illatâ compressione, tactus organon torpescat, aut in regione explorata dolor relinquatur.

**Analysis chemica.**

7. Quoties excretiones morbosae aliique morborum fructus quid peculiare exhibent, *examini physico-chemico* submitti deberent. Caeterum medici prudentis est, notiones ex ambiguo chemiae fonte petitas caute dijudicare.

**Symptomatum descriptio.**

8. Phaenomena morborum usui tum proprio tum aliorum *chartis committenda* sunt. Hocce negotium, exemplo HIPPOCRATIS, ARETAEI, BAL-

LONII,

15) Infantes obstinatissimi obtemperare solent, dum illis dicitur: ah linguam non exeris, quoniam illâ cares.

lonii, C. Pisonis, Plateri, Foresti, Fr. Hoffmanni, Morgagnii, J. P. Frank aliorumque[16]), simpliciter, breviter, omissis circumstantiis adventitiis[17]) et interpretationibus[18]), sineque flosculis orationis, et fuco, absolvendum est[19]). Quousque fieri licet, verba aegrotorum retinenda sunt,

16) Praecepta observationes conscribendi tradiderunt: E. Stahl Pr. de hist. morbor. criterio. Hal. 1707. — Fr. Hoffmann diss. de modo hist. morbor. recte consignandi. Hal. 1721. — Detharding hist. morbor. conscrib. fida methodus. Rost. 1734. — Rosen diss. de hist. morbor. conscribendis. — J. P. Frank de circumscribendis morborum historiis v. delect. opuscul. medicor. Vol. X.

17) Stomachor historiam morbi perlegendo, quae e. c. incipit: „optimo somno fruebar, quum noctu a famulo meo derepente excitabar, ut sub tempestate tristissima, viis a pluviis pessimis redditis, aegrum divitem, uxoris meae avunculum, adirem. Surrexi hinc, vestes citissime indui, currui me commisi etc.“

18) Cur scribere? alvum aeger hodie non deposuit, *quoniam* desiderio ciborum destitutus, alimenta recusavit. Nonne potius scribendum fuisset, cibi recusantur, alvus clausa?

19) Quoties in clinicis meis occupationibus observabam, alumnum in morbi historia conscribenda, potius propriae gloriae fuisse petitorem, quam modestum narratorem, toties a laude consulto abstinui. Porro discipulos, qui dumtaxat historias illorum aegrorum, quorum curam peculiarem habebant, conscribere erant soliti, reliquas vero negligebant, torvis oculis spectando, ad majorem excitabam diligentiam.

sunt, etiamsi enim rudia videantur, verum tamen morborum idioma sistunt. Regiones corporis humani affectae terminate indicari debent[20]). Quodsi symptoma, alias in quodam morbo commune (puta sitim vigente febre), peculiari aliquo in casu deficiat; illius absentiae mentio instituenda. Symptomata, quae facilius cernuntur quam describuntur, (non excepta quibusdam in morbis peculiari aegrorum physiognomia[21])), tabulis delineatis, pictis, aeri aut lapidibus incisis, illustrentur oportet[22]). Diarium morbi eadem ratione eademque diligentia, ac initium historiae, continuandum est[23]).

§. XIV.

20) Hoc sub respectu commendari meretur A. C. Bockii opusculum: *Die Eintheilung und die Regionen d. menschlichen Körpers. Leipzig* 1824.

21) Quaevis schola medico-practica *museo pathologico-physiognomico* instructa esse deberet.

22) Hebenstreit diss. de pathologia artis pictoriae plasticesque auxilio illustranda. Lips. 1801.

23) Pars conspicua historiarum morborum, quae in clinicis institutis colligitur, ob id quod *diaria* discipulis conscribenda relicta sunt, adeo imperfecta est, ut vix in usum deduci possit. Qua de caussa statui ut in clinico instituto Vilnensi, quotidie diarium diei antecedentis, ab alumno aegrotum curante, publice perlegeretur, utque mutatis mutandis in librum, unicuique lecto annexum inscriberetur. Discipulis testimonium diligentiae non aliter impertiebatur, quam praevio examine, num historiae morbi cum epicrisi libris, quo decet modo, traditae fuerint. Hujusmodi

## §. XIV.

*Quomodo anatomia pathologica excolenda sit.*

Anat. pathlog. utilitas. 1. Morborum phaenomena in cadaveribus quoque prosequi oportet. Est enim *anatomia pathologica* unum ex potissimis medicinae fulcris, quod jam dudum Peyerus[1]), F. Hoffmannus[2]), Boerhaavius[3]) (ne dicamus de J. B. Morgagnio[4]), legitimo hujus scientiae fundatore) intellexerunt, et Fr. Nasse nuper pulcherrime demonstravit[5]). Praeterquam quod anatomia patholo-

libri id quoque commodi habent, ut professor ad finem anni scolastici historias morborum a discipulis suis, ut ita dicam, mendicare non sit coactus.

1) Medic. hist. anat. medica. cap. 4. „Bonum esse, ait, omni aegritudinum genere defunctorum cadavera, quorum haberi copia potest, dissecari atque decribi."

2) Proem. ad dissertat. de pancreatis morbis." Optandum fore, inquit, ut cadaverum, quocunque etiam morbo perierint, sectiones essent frequentiores."

3) Method. studii medici. Part. 14. Statuit „omnium optimum inter eos, qui observaverunt ea quae in vita contingunt, fuisse Hippocratem; sed qui examinaverunt cadavera post mortem *hos optime de arte meruisse.*"

4) De sedibus et caus. morbor. Lib. IV. ad Screiberum; „nulla autem est alia, inquit, pro certo noscendi via, nisi quam plurimas et morborum, et dissectionum historias, tum aliorum, tum proprias, collectas habere et inter se comparare."

5) *Leichenöffnungen zur Diagnostik und pathologischen Anatomie. Erste Reihe. Bonn* 1821. 8.

thologica iis dumtaxat hominibus, qui totius scientiae fundamento, videlicet anatomia corporis humani, gaudent, aditum ad res medicas concedit, illos vero vanos et effeminatos homunculos, qui libenter quidem in artis exercitio ex uno ad alterum gynaeceum volitarent, ast sese aegre studiis seriis submitterent, excludit; nil magis illâ idoneum ad temperandam medicorum imaginationem, ad praepediendas hypotheses et ad arcendum imperium systematum. Porro medicus anatomiae pathologicae ope facultatem acquirit sibi veras de morborum sede et forma imagines formandi, corpus aegroti, ac si diaphanum esset, saepe perspiciendi, limites therapiae determinandi, ideoque in morbis conclamatis inanes artis conatus (quibus aegri haud raro magis quam ipso a morbo excruciantur) arcendi et in reliquis stupendas interdum curationes impetrandi. In ea adeo versamur opinione, principatum medicinae aevi nostri, unice notionibus ex anatomia pathologica pullulantibus, adscribendum esse. Interea ne quid nimis! Qui enim contendunt totum medicinae aedificium anatomiae pathologicae superstrui posse [6]), hi sane obliti sunt, exstare morbos, qui in cadaveribus nulla plane vestigia evidentia relinquant. Nec morborum reliquiae dum-

6) „*La véritable médecine n'est en effet que de l'anatomie pathologique.*" BRESCHET in *dictionaire de médecine. T.* 2. p. 216.

dumtaxat in partibus corporis humani solidis (circa quas anatomia pathologica caeteris exceptis, versatur) quaeri debent! Quodsi tandem de *abusu* hujus scientiae loqui vellemus (praeter neglectum cautelarum de quibus infra), praecipue animadvertendum foret, illum efficere ut medici continuo de vitiis organicis somnient, utque illorùm praesentiam toties praepostere admittant, quoties illis morbus plus solito rebellis obvenit, quo semet ipsos et alios turpiter fallunt[7]).

Obstacula. 2. Quum anatomia pathologica unum ex potissimis praxeos medicae adminiculis sit; progressus hujus scientiae neutiquam illas inter gentes expectamus, apud quas aut religionis praecepta, aut opiniones praeconceptae[8]) sectionibus cadaverum invincibiliter obstant. Invincibiliter, inquam, nam obstacula huc spectantia, a medicis scientiam cum amore excolentibus, saepe licito, id est, quin crimen sepulcra profanandi committatur, vinci possunt. Apud homines alto loco natos et opulentos, actus cadavera pollingendi[9]), occasiones ad observationes anatomico-patho-

7) Cfr. S. G. Vogel (*allgem. med. diagnostische Untersuchungen* p. 46.) de dysphagia narrat, quae pro effectu vitii organici in oesophago habebatur, ac dein herbae scabiosae ope citra omnem expectationem sanata est.

8) Lege de hoc argumento: *anthropology or dissertations on Man, philosophical, physiological and political. By* J. Jurrold. 1809.

9) Sebezius diss. de conditura s. balsamatione cada-

pathologicas instituendas, largitur. Hominibus scientia gravibus et misericordiae laude conspicuis probatur, cadaveris sectione, tum convictio quod aeger salvari haud potuerit, tum emolumentum pro miseris similibus morbis laborantibus[10]), obtineri. Multum porro valere solet argumentum, quod cadavera parentum et affinium secando lustrata, plurimum ad morbos, qui jure haereditario in superstites ejusdem familiae transeunt, propius cognoscendos, contribuant. Nil vero magis populum pro admittendis cadaverum sectionibus disponit, quam decentia in illis absolvendis, ne scilicet tale opus lanionum aut anthropophagorum more suscipiatur.

3. Praecepta optima sectiones cadaverum pa- Praecepta.
tholo-

verum. Argentor. 1649. — GUYBERT ars condendi corpora mortua. Paris. 1649. — CLAUDERUS method. balsamandi corpora humana. Altenb. 1679. — VATER progr. de balsamatione cadaver. Witteb. 1693. — VESTI diss. de pollinctura. Erf. 1695. — LANZONI de balsam. cadav. Genev. 1696. — BLANCARD *neue Manier mit wenigen Unkosten zu balsamiren. Hannov.* 1705. — BERGEN de conditura mortuorum. Francoft. a. V. 1712. — KRATZENSTEIN progr. de pollinctura. Hafn. 1772. — SPRENGEL op. c. 1. *Th.* p. 60. — C. NEICHEL diss. sistens pollincturam cadaverum humanorum, juxta antiquos et recentes. Pestini 1821.

10) „Indignum puto, ait WEPFER, hominum commodo invidere, quod vermibus denegari non potest.“ (SCHACHER panegyr. medic.).

thologicas instituendi verbo necroscopiae[11]) indulgendi C. Bell[12]), A. Oechy[13]) et Shaw[14]) tradiderunt. Maxime vero hîc innata dexteritas atque exercitium in rebus anatomicis prosunt. Juvat praeterea regularum pro sectionibus cadaverum forensibus traditarum[15]) memores esse. Pars

11) A νεκρός cadaver et σκοπέω examino.

12) *Zergliederung des menschl. Körpers zum Behufe der Kenntnisse seiner Theile, ihrer Zergliederungsmethode u. ihrer krankhaften Veränderungen. A. d. E. Leipzig* 1800.

13) *Anweisung zu zweckmässigen u. zierlichen Leichenöffnungen u. Untersuchungen. Prag* 1802.

14) *Anleitung zur Anatomie, nebst deren Anwendung auf Pathologie u. Chirurgie. A. d. E. nach der* 3. *Ausgabe. Weimar* 1823.

15) C. G. Büttner *Unterricht, wie man sich vor, in u. nach legalen Besichtigungen todter Körper zu verhalten habe. Königsb.* 1776. 2. *Aufl.* — J. K. H. Ackermann *tabell. Uebersicht bey gesetzmäss. Leichenöffnungen. Leipz.* 1800. Th. G. A. Roose *Taschenbuch . . . bey gesetzmäss. Leichenöffnungen.* 5*te Ausg. mit Zusätz. von* K. Himly. *Frankf. a. M.* 1819. — L. A. Kraus *tabell. Anleit. zu gerichtl. Leichen-Untersuch. Braunschweig* 1804. — *Anat. pathol. Anweis. . . . legale Leichenöffnungen zu verrichten. Stendal* 1804. — G. H. Cp. Crusius *vollständ. Anweisung zu gerichtl. Leichen-Untersuch. Gött.* 1806. — GF. Fleischmann *Anleit. zur forens. u. polizeyl. Untersuch. der Menschen- u. Thierleichname. Erlang.* 1811. — A. K. Hesselbach *vollständ. Anleit. zu gesetzmäss. Leichenöffnungen. Giesen.* 2. *Aufl.* 1819. — Ch. F. L. Wildberg *Anweisung zu gerichtl. Zergliederungen. Berlin* 1817. — F.

Pars, in qua sedem esse morbi suspicamur, primum inquirenda est: deinde ad organa cum parte affecta maximum consensum habentia procedendum, e. c. laborante hepate ad cerebrum et vice versa. Quamvis caussa mortis quadam in parte detecta videatur, nihilominus examen reliquarum continuari debet. Examen autem non solum ad cavitates encephali, specus vertebralis, pectoris, abdominis et pelvis circumscribendum est: oportet enim quoque curriculum arteriarum, venarum, vasorum lymphaticorum et nervorum prosequi: idque in superficie harum partium tam externa quam interna. Partes morbosae cum annexis extrahendae et in museis pathologicis conservandae sunt[16]. Quae inter illas maxime memorabiles cernuntur, delineandae, pingendae[17], aeri et lapidibus incidendae, vel cera effingendae.

Monita et cautelae.

4. Summa vero difficultas in determinando partium dissectarum statu morboso et in construenda inde epicrisi consistit, quod argumen-

L 2 tum

A. Ritgen *Handb. bey gesetzmäss. Leichenöffnungen. Giesen* 1819.

16) C. H. Dzondi de colligendo, conservando, disponendo et incipiendo museo anatomico-pathologico. Hal. 1825.

17) Non puduit pictores celeberrimos, uti Tiziano, Leonardo da Vinci, Michel Angiolo Buonarotti etc. rebus anatomicis operam navare. Vide Sprengel Op. c. 3. *Th.* p. 511.

tum Crellius [18]), Gianella [19]), J. F. Isenflamm [20]), E. Sandifort [21]), Schinz [22]), Lobstein [23]), J. F. E. Ladevèze [24]), S. G. Vogel [25]) et L. Martinet [26]) perbelle illustrarunt. Res omnium maxima est, ut nos ad sectionem cadaveris, sine praeconcepta opinione accingamus, utque de phaenomenis observatis cum fide rationem reddamus. Utrumque a sectatoribus systematum vix aut ne vix quidem expectari potest. Cavendnm praeterea, ne phaenomena, quae putredi-

18) Diss. observationes in partibus morbidis factas, ad illustrandam corporis sani oeconomiam temere non esse applicandas. Witeb. 1737.

19) Oratio, non tuto semper ex cadaverum sectione colligi posse morborum causas.

20) De difficili in observationibus anatomicis epicrisi. Erlang. 1771.

21) Oratio de circumspecto cadaverum examine optimo practicae medicae adminiculo. Lugd. Bat. 1772.

22) De cauto sectionum cadaverum usu ad dijudicandas morborum causas. Gottingae 1786.

23) *Vues générales sur l'anatomie pathologique* (*Journal complémentaire du dictinonnaire des sciences médicales. T. II.*).

24) *Mémoire sur la question: determiner l'influence de l'anatomie pathologique sur les progrès de la médecine en général et en particulier sur le diagnostic et le traitement des maladies internes* (Ibid. *T. XIV. XV.*).

25) Op. c. *I. Kap.*

26) *Manuel de clinique, ou des méthodes d'exploration en médecine et des signes diagnostiques des maladies, contenant un précis d'anatomie patholog. Paris* 1825.

tredini[27]), peculiari cadaveris positioni aliisque rerum circumstantiis accidentalibus adscribenda sunt, pro effectibus morbi habeantur; qua de caussâ morem, temporis spatium, quod obitum inter et sectionem cadaveris locum obtinuit, in historiis anatomico-pathologicis, indicandi, laudamus. Sicuti in morbis nulla dantur symptomata pathognomonica, ita etiam in cadaveribus nulla dantur signa, quae per se et speciatim sumta, certam et determinatam conditionem morbosam indicarent. Maxime ambiguum est judicium, quod ex partium demortuarum *colore* fertur. Sic valdopere ille erraret, qui ob solum *ruborem* superficiei visceris cujusdam, praesentiam inflammationis determinaret; docet enim experientia, omnes cadaverum partes, quae (ut maxime in aetate infantili contingit[28])) cruore abundant et accessui aeris diutius exponuntur, rubedinem acquirere. Contra partes vigente vita coccineae, ea cessante interdum pallent, quod plus vice simplici in cute e scarlatina et erysipelate defunctorum conspeximus. *Nigredo*, praeter gangraenam, ecchymoses comitatur. Nil porro magis

27) Cfr. *Osservazioni sui cangiamenti cui soggiace il corpo animale ne' climi caldi dopo la morte*, di Gio. Davy in *Annali di medicina d' Omodei. Vol.* 26. p. 118.

28) Qui adsuetus non est cadavera infantum secare, ubique inflammationis inveniet vestigia. Vasa enim hic longe magis quam in adultis patula sunt, unde partium rubor.

magis in modum, quo sanguis post mortem distributus invenitur, influit, quam agonia plus minus protracta[29]). Ex hoc quoque fonte, copia major minorve liquoris, in varias corporis humani cavitates extravasati, pullulare solet; qua de caussa praesentia *hydropis acuti* non praepostere admittenda est. Nec illa *abscessus* statui debet, priusquam comprobatum sit, materiam puri similem non ex superficie viscerum, sed jactura substantiae ortum trahere. In *exulcerationibus* admittendis, memores esse juvat, membranas internas cadaverum non aliter quam tegumenta illorum externa, sine ulla praevia inflammatione, loca erosa et epidermide spoliata exhibere, inprimis post morbos a venenis narcoticis et a contagiis. Inter *volumen viscerum capacitatemque cavitatum*, tanta animadvertitur differentia variis in hominibus, caeterum sanissimis, quanta relate ad illorum nasos et ora; quamobrem de hypertrophia et atrophia, deque amplitudine et angustia partium morbosis, cautissime judicandum est. Idem de determinanda *duritie* et *mollitie* viscerum, objecto admodum relativo, valet. Porro partibus cadaverum, a praegresso morbo laesis, nomina e comparatione cum aliis rebus petita (e. c. materia cerebriformis, encephaloidea etc.) nonnisi

29) David Williams *on the state of arteries after death* in Thomsons *annales of philosophy*. 1823. *Septembr.*

nonnisi caute imponenda sunt atque cogitandum, Morgagnium aliosque summos viros, sine istis potius ab imaginatione quam a judicio suggestis vocabulis, anatomiam pathologicam graphice pertcactasse. Errant tandem qui dumtaxat cadavera post morbos raros secant, alia autem cum contemtu pretereunt[30]. Caeterum in utrisque dijudicandis semper morborum praegressorum historiae in memoriam revocandae sunt; illis enim ignoratis, sectio cadaveris parvi admodum momenti evadit. Debent etiam phaenomena in cadaveribus reperta, quae ad ultimum morbum spectant, ab illis phaenomenis, quae antiquiorum morborum sunt effectus, distingui.

## §. XV.

*Quomodo aetiologia excolenda sit.*

1. Labor injucundus passiones hominum observandi, illorumque cadavera secandi, compensationem amplam in investigatione caussarum, quae

Doctrinae momentum.

30) Hallerus majus pretium in observationibus vulgatiorum morborum, quam illorum qui raro occurrunt, quaerit (Praefat. ad opuscula pathologica). „Observationes enim rarae, ait, quod admirationem movent, eo ipso minus utiles sunt“ (ad Boerhaavii med. stud. medic. part. 9.). Atque Morgagni: „Tam patet, igitur, maxime communium morborum observationes longe esse utiliores, quam rariorum“ (de sed. et caus. morbor. Lib. IV. Epist. ad Schreiberum).

quae morbis ansam porrigunt, nanscicitur. *Aetiologia* enim, quippe nexum arctissimum cum historia naturali, physica, metaphysica, legislatione aliisque doctrinis moralibus alens; medicorum ingenio campum vastum aeque ac amoenum aperit, quem illi praesertim excolere sciunt, qui non solum multas orbis terrarum partes permigrarunt, sed etiam diu varios inter populos praxin exercuerunt [1]. Ast in nullo medicinae ramo excolendo, logica magis necessaria est, quam in aetiologia. Oportet enim aeque alienos nos esse a credulitate, quam ab incredulitate. „Veritatis studiosus, inquit GALENUS, omne debet, quod conspicit, etiamsi eum angat causa, sedulo exponere“ [2]) et neutiquam ad illos spectare, „qui rerum, quae manifeste videntur, causam reddere nequeuntes, eas esse, omnino negant“ [3]). Labor, caussis morborum eruendis impensus, raro lucro caret, quod MORGAGNIUS perbelle intexuerat, ubi ait: „Ars certe tanto longius aberit a facultate bene curandi, quanto pauciores cognoverit

1) „Verum juvat quidem artis studiosos diversas mundi plagas, in libris ac tabulis perlustrare, longe tamen utilius esse duco *easdem sedulo peragrare* summorum virorum exemplo, DEMOCRITI nimirum, HERODOTI, PLATONIS, PYTHAGORAE, ac praesertim medicinae principum, HIPPOCRATIS et GALENI.“ LANCISIUS l. c.

2) De locis affectis. Lib. V. c. 2.

3) De caus. puls. Lib. II. c. 13.

verit differentiarum caussas, et caussarum notas. Contra vero propius, quoad ejus fieri potest, accedet, si noverit plures" 4).

2. Morborum caussas dum ad aegrorum lectos inquiris, cave quaestiones instar magistri disciplinae publicae instituas, aut hominis, rerum, quas alii agunt, curiosi, speciem praebens, aut aegrotum, novas illi curas suggerendo, angas 5). Ubi symptomata morbi caussas sponte indicant, ipse medicus illas aegroto proponere potest: sic enim quammaxime illius obtinetur fiducia. Generatim tutissima examinis aetiologici via ea est, ut res, quae morbis ansam porrexerunt, ope placidi colloquii, sensim sensimque eruantur. Apud aegrotos, qui fari nequeunt (et apud permultos alios), notiones circa morborum caussas optime a parentibus, amicis (inimicis), ac famulis (ne dicamus de vulgi garritu) accipiuntur. Caussar. examen.

3. Historiae morbi pars, aetiologiam respiciens, alteram, quae ad symptomata spectat, pro re nata, modo antecedat, modo sequatur oportet. Maxime vero interest ut cunctae rerum positiones, quae in corpus humanum tam ante morbum, quam sub illius decursu, imperium exer- Causs. descriptio.

4) De sed. et caus. morbor. Lib. IV. Introduct.

5) e. c. dum medicus adtentionem aegrorum ad vitia haereditaria dirigit, sicque illis timorem maniae, phthiseos, cancri etc. incutit.

exercere potuerunt, candide et sine fuco, nullaque addita interpretatione, enarrentur. Quodsi inter illas quaedam foret, quae aut aegroto aut aliis injuriam inferre posset; praestat medicum adnotare se tantum relata referre.

Causs. praedisponentes. 4. *Caussas morborum praedisponentes* ad trutinam vocanti respiciendum est: A) ad *aegroti patriam*, quatenus in ea forte malum endemicum, rationem morbi continens, grassatur 6); B) ad *dispositionem haereditariam*, quae efficit, ut morbi modo a parentibus ad prolem descendant; modo ab avis ad nepotes, filiis veluti per saltum parcendo, transeant; modo sexum alium prae alio, aut determinatum vitae periodum sibi eligant; modo spontaneam evolutionem habeant; modo accessionem caussarum occasionalium exspectent; et modo, stirpes permiscendo, evanescant; C) ad *labem congenitam*, quam proles, etiamsi a parentibus sanis orta, acquirit ob res vel actum conceptionis circumdantes, e. c. ebrietas, terror, aversatio aut effrenis libido conjugum; vel in evolutionem embryonis agentes, e. c. animi pathemata 7), imaginatio, violentiae exter-

6) Permultos novi Polonos, qui ob morbos rebelles, quibus laborabant, medicos totius fere Europae in auxilium vocarunt, idque incassum, donec tandem in patriam reduces, trichoma (de quo nullus medicorum extraneorum cogitaverat) in conspectum veniret.

7) Me non solum non pudet, *naevis maternis* debitos intra limites fidem tribuere, sed in ea quoque versor

externae, morbi febriles, chronici matris gravidae; vel partum circumdantes, e. c. immaturitas recens nati, gemelli, difficulter in lucem editi; D) ad *idiosyncrasiam* qua fit, ut res, vulgo hominum innocuae, nocivae evadant; E) ad *habitum corporis*, cujus quivis, nec athletico excepto, peculiaria morborum germina continere solet; F) ad *temperamenta*, in quibus definiendis antiquissimum morem sequimur; G) ad *aetatem* [8]). Atque primum se exhibet *infantia*, quae vitae filo, non minus imbecilli, alligata est, quam fructus immaturi pedunculis tenuibus adhaerent, ideoque (inprimis accedentibus prava nutrice, cura incongrua, primaque dentitione) ad recipienda omnium injuriarum genera dispositionum agnoscit. Sequitur *pueritia*, quae, quamvis firmior, attamen aegre fert defectum aëris liberi, vitam sedentariam, studia praecocia et animi pathemata, atque maxime idonea est tum ad recipienda plurima contagia, tum ad fovendos vermes. Accedit *pubertas*, quae, tam ob rapidum corporis incrementum, quam ob evolutionem partium genitalium, novas malorum portas, praesertim inter urbium incolas, aperit. *Aetas quidem*

suspicione, illos, sicuti in superficie externa corporis, ita etiam in interna locum invenire.

8) De *annorum climactericorum* in corpus humanum imperio, quippe omni fundamento destituto, non loquor.

*dem virilis* facultate caussis morborum obstandi, quammaxime fruitur; ast naturae istud donum, saepe a societatis, praesertim semi-disciplinatae [9]) vinculis frustratur. *Senium* consuetudinis legibus gubernatur, quarum nulla impune laedi potest: praeterea illud proximae destructionis germen includit; H) ad *sexum* praecipue sequiorem, cujus functiones peculiares, praeterquam per se speciem morbi exhibeant, aliis adhuc caussis morborum extrinsecis aditum concedunt; I) ad *conditionem* et *opificium*, „varia enim hominum opificia non tantum ad varios saepe morbos praedisponunt, quatenus diversa organa corporis sub diverso labore exercent, aut adficiant; sed et caussas morborum ipsas occasionales multiplices offerunt;" K) ad *peculiarem positionem domesticam* et *connexiones;* L) ad morbos *praegressos* utpote qui praedispositionem novas ad aegritudines aut relinquunt (febres intermittentes, inflammationes, haemorrhagiae), aut tollunt (variolae, morbilli, scarlatina) et M) ad *constitutionem annuam seu epidemicam.*

Causs. excitantes. 5. *Caussas morborum excitantes* perscrutanti ratio habenda est: A) *Atmosphaerae.* Quamvis enim *meteorologia* hucusque fructus, qui expectari potuissent, medicinae minime attulit, ita ut

9) Nil magis sanitati civium adversum est, quam conditio illa reipublicae, quae medium tenet inter statum naturae illumque exquisitae culturae.

ut constitutionis annuae et epidemicae in corpus humanum imperium explicari vix possit; attamen de feliciori in posterum eventu minime desperandum ac interea aëris atmosphaerici pondus, puritas, temperatura, motus, humiditas et electricitas, deductis in auxilium barometro, eudiometro, thermometro, anemometro, hygrometro et electrometro, probe determinanda est. B) *Siderum.* Evitando nempe astrologorum exemplum, utpote qui cuivis astrorüm in peculiarem corporis nostri partem influxum adscripserunt, atque ex cometarum apparitione pestem praesagierunt, et oppositus error, quo vis, quae ab aequinoctiis, solstitiis, et phasium lunae in genus humanum exercetur, negari, et non solum astronomiae elementaris studium, sed et simplex calendariorum consideratio a medicis negligi solet, fugiatur oportet. C) *Telluris.* Absit, ut rhabdomantiae, seu metallorum et aquarum, quae in terrae visceribus latitant, per baculum divinationi subscribamus; absit vero similes, ut, quatenus magnetismi et electricitatis memores, illorum in corpus humanum effectus omnino negemus. Examini autem rerum reconditarum illud obviarum praecedat, oportet. Loquimur de indagatione, quid in morbis excitandis valeant solum, montes, valles, sylvae, campi, horti; mare, flumina, rivi, lacus, piscinae, paludes, aquaeductus, fontes et putei. D) *Vegetabilium.* Praeter

ter generalem nempe regni vegetabilis considerationem et alimenta ex illo petita; plantae singillatim tum ob venenum, quod includunt, tum ob aroma, quod exhalant, tum ob acredinem, quam possident, respectu pathologico ad trutinam vocandae sunt. E) *Animalium* et quidem tum propter alimenta et vestes quae ab illis petuntur; tum propter morbos qui ex animalibus domesticis ad genus humanum propagantur; tumque propter insidias, quas illi insecta, vermes et serpentes struunt. F) *Domiciliorum*, inprimis quatenus aut recenter constructa et calce obducta, aut alio pacto humida, aut accessu aëris et lucis destituta, aut in urbibus constituta sunt, maxime si hae fuerint conspicuae, domibus altissimis, plateis angustis instructae; incolis numerosissimis, nosocomiis, castris, fabricis, refertae; coemeteriis, macellis, stabulis neglectis, et latrinis difficulter removendis, inquinatae. G) *Aedificiorum publicorum*, videlicet ecclesiarum, curiarum, scholarum, theatrorumque, incolarum numero haud accommodatorum, aut alio modo nocuorum. H) *Institutorum beneficorum*, praeprimis nosodochiorum, orphanotropheorum, hospitiorum infantum expositorum, quae, nisi rite omnino disciplinata sint, potius malefica evadunt. I) *Domuum recludendis hominibus*, *criminum aut convictis aut de iisdem suspectis atque debitoribus dicatarum*, carcerum videlicet et ergastulorum, multo-

multorum morborum veluti emporiorum. K) *Navium*, quatenus aut incongrue constructae, aut male disciplinatae nautis, aut merces, contagio infectas, importando, reipublicae infensae sunt. L) *Peregrinatorum*, maxime erronum, per terras vagantium et emigrantium, quippe qui multorum morborum, interdum antehac minime notorum, semina adferre solent. M) *Delectamentorum publicorum*, ut bacchanalium, larvarum, chorearum, tragoediarum, illuminationum, ignium artificiosorum, ambulationum per funem, cursuum tum equestrium tum per aërem quorum sub curriculo millenorum morborum caussae praesto sunt. N) *Encaeniarum templorum*, *mercatuum*, *cauponarum*, quae propagationi aegritudinum popularium saepe ansam praebent. O) *Calamitatum publicarum*, quae ut docent bella, seditiones, incendia, inundationes, terraemotus, eruptiones montium ignivomorum, tempestates cum tonitru, rei frumentariae inopia, longe lateque civium valetudinem pessumdant. P) *Esculentorum*, quo sub respectu sese exhibent primum *carnes* ab animalibus, morbis contagiosis correptis, desumtae, putrescentes, salitae, fumo induratae; porro *pisces* morbis epidemicis correpti, ope rerum narcoticarum capti, ex aquis praesertim a maceratione cannabis inquinatis tracti, corrupti, sale conditi; *mytili*, *ostreae*, *cancri;* denique panis vel e secali aut cornuto, aut ustilagine aut rubigine

gine corrupto, vel e farina malae indolis, res alienas, ut calcem, semina venefica, continente, confectus; tandem solanum tuberosum, zea mays, oryza sativa, avena, hordeum, castaneae, fungi, fructus horaei, dum aut immaturi, aut insectis inquinati, aut alio demum modo depravati sunt. Q) *Potulentorum*, tum simplicium tum fermentatorum, modos ad memoriam revocando, quibus vinum, crematum, hydromel, cerevisia, thea, coffea, cioccolata inquinari et adulterari possunt. R) *Condimentorum*, praecipue salis culinaris, sacchari, sinapis, aromatum, quorum interdum defectus, longe autem saepius abusus morbos provocat. S) *Excretionum:* licet enim illae sudoris, ceruminis aurium, lacrymarum, salivae, bilis, succi pancreatici, alvi, urinae, seminis, menstruorum, lochiorum, lactis, nec non haemorrhoides, fonticuli aliaeque evacuationes habituales dum a norma consueta deflectunt, utplurimum culpam in morbo jam praesente agnoscant, nil tamen impedit, quominus copia excedendo vel deficiendo, aut qualitate peccando, rursus noceant; novaque symptomata excitent. T) *Vestium* et *ornatus*, quae quoties aut corpus humanum plus aut minus, quam par est, obtegunt, aut illud adstringendo functionum libero exercitio obstant, toties morbis viam sternunt. U) *Motus* et *quietis*. Quamvis enim in ea semper versati simus opinione, pathologos doctrinae mecha-

mechanicae addictos, effectus salutares motus illosque perniciosos quietis corporis humani nimis jactasse, et quamvis nationes orientales decumbendo et sedendo vitam incolumen transigere videamus, attamen libenter concedimus, inertiam aeque ac motum, dum aut limites excedunt, aut consuetudini adversantur, aut sese invicem nimis cito sequuntur, morbis ortum praebere. V) *Somni* et *vigiliarum* inprimis si debita illum inter et has ratio desideretur, sique noctes vigilando, diesque dormiendo transigantur. W) *Mentis intentionis*, potissimum dum imaginatio plus, quam judicium intenditur, dumque lucubrationes illico post pastum et ultra debitum tempus locum obtinent. X) *Pathematum* ita ut, si dicere liceat, animae pulsum tangendo, effectus gaudii, superbiae, invidiae, irae, amoris, zelotypiae, pudoris, taedii, moeroris, nostalgiae, morsus conscientiae, desperationis, timoris, terrorisque palam fiant. Y) *Nisus imitandi*, quo saepe homo in morbum, quem in aliis adspicit, ipse conjicitur. Z) *Voluptatum* et *dolorum*, quibus corpus humanum diu resistere nequit. AA) *Morum*, qui vix unquam sine sanitatis jactura, ocyus serius observanda, laeduntur. BB) *Consuetudinis* nicotianae fumum sugendi, illius pulverem naribus attrahendi, aut folia masticandi. CC) *Opinionum praeconceptarum*, quarum culpa serae ineptiae homines interdum ita angunt, ut gravissimi inde generentur morbi. DD) *Religionum.*

Atque hîc fateamur oportet, non solum Religionem Christianam, sed et Mosaicam et Muhammedanam (nobis quippe praxin diu inter Judaeos et Tartaros exercentibus probe notas) ita constitutas esse, ut morbos multo magis arceant, quam provocent, quamobrem caussae morborum potius in neglectione et abusu religionum quam in illarum praeceptis, quaerendae sunt. EE) *Legum*, in quibus respectu medico dijudicandis, nunquam obliviscendum, homines dum in societatem convenerunt civicam, nonnullis status naturalis beneficiis valedicere debuisse, quorum defectum, si medicus, rem ab una dumtaxat parte perpendens, alte accusare vellet, reipublicae fundamenti subversor atque malorum longe majorum, quam eradicare proposuerat, auctor evaderet. FF) *Munerum* et *officiorum*, quorum unum quodvis peculiares morborum caussas includit; ad quas exactissime eruendas, opus est, ut medicus amplam qua fruitur occasionem, modum vivendi eorundem civium quot quot sunt classes observandi, opificumque et artificum officinas visitandi non negligat. GG) *Contagiorum* et *miasmatum*, quarum facultatum occultarum praesentia, sicuti, dum caussae obviae de morbi origine abunde testantur, nunquam admitti debet; ita nunquam, in casu contrario, neganda est. Pro contagio praesertim loquuntur morbi peculiaris forma, determinatusque decursus, nec non illius in via,

quam

quam aut aegrotus, aut illius vestes et supellex, aut merces epistolaeque suspectae legerunt, propagatio. HH) *Venenorum*, quorum late extenditur imperium, quod palam fit, respiciendo ad opifices venena ex officio pertractantes, ad interfectores sui aliosque homicidas, ad casus fortuitos (praecipue culpâ pharmacopolarum), ad ollas et dolia. II) *Auxiliorum therapeuticorum.* Fateri enim adigimur, caussas morborum excitantes saepe iis ipsis in rebus, quae scopo medendi adhibentur, quaerendas esse; quamobrem aegrotos, qui jam pharmaca, aquas minerales etc. adhibuerunt, dijudicanti, cavendum, ne, quod illis auxiliis tribuendum est, morbo adscribatur. Potest quidem morbus artificialis ad graviora mala abigenda, interdum consulto excitari; ast in genere, arma, morbis dicata, contra aegros dirigere, mala malis addere, sicque miserias generis humani adaugere, imperitiae, levitati, audaciae et stultitiae tribuendum est. KK) *Violentiarumque*, rerum videlicet, quae corpori humano, aut extus aut intus, modo sive mechanico, sive chemico, sive mixto vim inferunt. Haec, amici, aetiologiae pars est, cui, in morbis abstrusis, maxime insudandum [10]).



10) Vater diss. qua, quid in judicio et prognosi de morbis magnis ex parvis initiis observari debet, exemplo viri antegresso lapsu in genu lenta febre extincti docetur. Witteb. 1744.

Caussae proximae.

6. Examinatis omnibus rerum positionibus, quae morbis ansam praebere valent, desiderium ulterius progrediendi, atque *morborum essentiam*, seu *caussam proximam* eruendi, sese obtrudit. Ast, jam non plus ultra [11]). Est enim indagatio essentiae maximae partis morborum objectum, quod, quippe profundius quam oculo humano cerni possit, latens [12]); limites mentis nostrae plane excedit [13]). Cuncta saltem conamina, quae a remotissimis temporibus ad praesens aevum usque in caussis proximis febrium, inflammationum, exanthematum etc. eruendis locum obtinuerunt, nil nisi mera figmenta meraque somnia exhibent. Figmenta et somnia hujuscemodi, novitatis praestigiis adornata, imaginationi adulantur, aucto-

11) „Praestat in morborum caussis indagandis progredi tantum, quousque per fidelia observata, et cognitam humani corporis fabricam licet; et in reliquis ignorantiam fateri, quam fictis hypothesibus quantum libet etiam ingeniosis ludere." Swieten comm. in Boerhaave. T. III. P. I. §. 755. — Jam Hippocrates edixerat (aph. I. No. 16.): „Certitudinem non reperiri aliam, quam corporis sensu."

12) Hippocrates jam docuit (aph. I. No. 16.): „certitudinem exactam non reperiri aliam, quam *corporis sensum.*"

13) „*Ins Inn're der Natur*
*Dringt kein erschaff'ner Geist,*
*Genug, wenn sie uns nur*
*Die äuss're Schaale weist.*"
Haller.

auctoribusque famam conciliant; quam primum vero obsolescunt, nauseam movent atque medicorum opera, etiamsi caeterum egregia, defoedant. Praeterea hypotheses, de quibus quaestio est, controversiis fine carentibus, et, quod maxime dolendum, rationibus medendi, raro experientiae consonis, originem praebent. Eruntne igitur illae prorsus ignorandae? Minime! Primum enim ut historice notae sint, medicum decet. Porro viri prudentis est, nil, quod prius non noverat, damnare. Quodsi quis quaereret, quo pacto morbi, quin illorum essentia indagetur, cognosci possint; talis problematis solutionem ad sequentem paragraphum remittimus.

## §. XVI.

*Quomodo diagnosis excolenda sit.*

1. Diagnosis judicium de morborum *forma*, *sede* et *indole* amplectitur. Doctr. limites.

2. *Diagnosis formae* a symptomatibus desumitur. Plerumque illorum syndrome ad morbum constituendum requiritur. Alias unicum dumtaxat symptoma pro morbo valet. Phaenomena vero, quae aut coacervatim aut singillatim pro morbis definiuntur (e. c. diarrhoea, icterus, ascites), re ipsa nil aliud sunt, quam morborum effectus (e. c. status inflammatorii intestinorum, calculi biliosi, scirrhi mesenterii). Placuit itaque scriptoribus nonnullis diagnosin formae plane Diagn. formae.

omit-

omittere, atque directe symptomatum fontem definire. Sic tractatus e. c. de diarrhoea, de ictero et de ascite e libris eliminati fuere, facta solummodo de illis morbis passim quaestione in tractatibus de enteritide, de secretione bilis vitiosa et de scirrho mesenterii. Hujusmodi rerum ordinem pathologiae *generali*, neutiquam vero *speciali*, accommodum esse credimus. Haec enim quatenus ad medendum viam sternere debet, latus morborum maxime obvium, symptomata scilicet sine ambagine arripiat atque in fulcrum convertat, oportet. Definitâ sic morbi formâ, filum ad aegritudinis naturam ulterius indagandam habetur. Hoc sub respectu *nosologiae* commendari merentur. Sistunt nimirum artis adminicula, quae medicus, aeque ac botanicus systemata plantarum, adhibet. Sicuti vero systemata plantarum botanicam non constituunt, ita nosologiae non constituunt pathologiam.

Diagnos. sedis. 3. Illius fundamentum est *diagnosis de morbi sede*. Duplicem doctrinae ista pars agnoscit fontem, videlicet *autopsiam vulnerum* et *cadaverum*. Dum enim vides e. c. per fracturam vertebrarum lumbalium resolutionem crurum et retentionem urinae gigni et alias in originem paralysis extremitatum inferiorum et enuresin inquirens, nunquam obliviscaris illos morbos ex specu vertebrali ortum trahere posse. Item: si vigente morbo quodam certa et determinata symptomata

ptomata constanter praecedant, dum post mortem certa et determinata vitia in cadaveribus inveniuntur; ex illis ad haec justo concludes. Interea cum ob consensus leges contingere possit ut pars quaedam signa morbi patefaciat, cum tamen morbi focus alium dissitumque locum detineat; intelligitur, notionibus ex autopsia vulnerum et cadaverum petitis, coecam tribuendam non esse fidem. In genere nil magis facultatem de sede morborum judicandi firmat, quam *occasiones errandi* penitus nosse. Quamobrem nobis *tabulae diagnosticae* [1]), quae morbos quoad adspectum similes, quoad sedem vero diversos, una cum characteribus, quibus a se invicem distinguuntur, exhibent, valdopere arrident. Quemadmodum enim homines, qui, dum separatim considerantur, similitudinem saepe patefaciunt, hanc juxta se positi amittunt, ita etiam de morbis id ipsum valet.

4. Summa autem diagnoseos difficultas, non tam in varia morborum forma et sede determinanda, quam in illorum diversa *indole* eruenda, locata est. Sunt enim morbi adspectu et sede iidem, qui pro varia annua, epidemica ac aegrorum Diagn. indolis.

1) G. G. Schmalz *Versuch einer medicinisch-chirurgischen Diagnostik in Tabellen.* 4. *Aufl. Dresd.* 1825. — J. R. Bischoff *die Fieber in einer Tabelle dargestellt. Prag* 1816. — Ejusd. *die chronischen Krankheiten im weiteren Sinne. Eine Tabelle.* Ibid. 1816.

rum constitutione indolem adeo diversam habent, ut curandi ratio, quae alio tempore conducat, alio adventante noceat. Quomodo autem haec diversa morborum indoles a *nobis*, utpote qui fassi sumus, a hypothesibus circa caussas proximas aegritudinum abstinendum esse, definienda erit? Respondemus, inter definitiones, quae solummodo characteres obvios objecti *designant*. atque illas, quae naturam intimam objecti *explicant*, magnum intercedere discrimen. Systematum asseclae secundi generis definitiones tradunt; nos primis illis acquiescimus. Dum illi tempus in explicanda origine morborum ex vitiis humorum, solidorum, viriumque vitalium terunt; nos istis explicationibus valedicendo, characteres obvios morborum designamus. Conamen istud minus arduum est, quam primo intuitu apparet. Quamvis enim morbi quoad formam et sedem infiniti sint, quoad indolem ad pauca genera reduci possunt; quod Hippocrates jam intellexerat, ubi ait[2]: „Morborum omnium unum eundemque esse modum, *locum* vero ipsum eorum differentiam facere.“ Diuturna praxi edocti sumus, aegritudines quot quot genus humanum affligunt, ad sequentes circiter *conditiones morbosas*, seu *diatheses*[3]), nec non ad illarum, causſarum-

2) Opp. edit. van der Lind. de flatibus. N. 14.

3) Bifariam hoc vocabulum sumitur; nunc enim *dispositionem* ad morbum, nunc *conditionem* corporis, ex quo

sarumque traumaticarum, *effectus*, nimirum ad *diathesim inflammatoriam*, *rheumaticam*, *gastricam*, *arthriticam*, *scorbuticam*, *nerveam*, *atonicam*, *scrophulosam*, *rhachiticam*, *carcinomaticam*, illasque, quibus *contagia specifica* ansam porrigunt, revocari posse. Quarum diathesium notas, characteres, reliquias, complicationes[4]) reales et apparentes[5]), atque therapiam, quum aliunde in hujus

morbus oritur, significat. Illud sensu hoc lato adhibemus.

4) Cum homines *sanitate absolutâ* gaudentes, saltem inter urbium incolas, rari sint; fit etiam, ut morbi, qui illos invadunt, raro complicatione expertes maneant. Hoc in casu morbus acquisitus, a forma et a decursu consuetis recedere solet. Idem accidit, dum morbi fortuito societatem ineunt. Utroque in casu medicus nondum satis expertus et dumtaxat doctrinae academicae (quae omnes complicationes, quippe combinationibus literarum alphabeti plures, exponere nequit), memor, summas experitur difficultates. Illis in clinicis occupationibus obviam ire solebam, ab alumnis exposcendo, ut, postquam praesentiam cujusdam morbi determinaverint, determinent quoque, num talis morbus (simplex aut complicatus), in corpore alioquin sano, vel corpore labe quadam imbuto, locum obtinuerit nec ne? Cfr. Leidenfrost de morborum complicationibus rite dijudicandis. In opuscul. physico-medicis. Lemgoviae 1798. No. 2.

5) Quum quaevis fere diathesium cum peculiari quadam corporis humani parte nexum alere soleat (e. c. diathesis rheumatica cum musculis, diathesis scrophulosa cum glandulis etc.) facile contingit, ut dum una ca-

hujus operis curriculo obveniant, hìc silentio praeterimus.

## §. XVII.

*Quomodo prognosis excolenda sit.*

Generatim. 1. Definitâ morbi formâ, sede et indole, superest, ut de illius *exitu* judicetur, haec medicinae pars, videlicet *prognosis*, divinum quidpiam sapit, atque vulgus eam haud immerito admiratur. Et sane nil magis medicum, morbum cognovisse, ideoque opportuna remedia porrexisse, testatur, quam eventus mali, praesagio respondens. At quam difficilis est ars, prognostica rite instituendi!

Progn. fontes. 2. Potest quidem prognosis, quatenus ad praesagium de vita et morte spectat, ex unis morbi symptomatibus institui. Ita mirum nonnunquam in modum sacerdotes, aegrorum custodes aliique infirmorum lectulis adstare soliti, ex unis eorundem signis, praesagiunt. Eo majori jure hac in arte excellere queunt, qui illam praeterea ex operibus HIPPOCRATIS[1]), GALENI[2]), CELSI[3]), BAGLIVI[4]), L. G. KLEINII[5]), PROSPERIS

demque diathesis (e. c. rheumatica) plurimas partes (e. c. musculos et glandulas) simul aggreditur, complicatio immerito arguatur.

1) Prognost. Lib. I. II.

2) Ars medica. v. Opp. T. I. fol. 61.

3) Lib. II. c. 7. 8.

4) De praxi medica. L. I. cap. 9.

ris Alpinii[6]), Ch. G. Gruneri[7]), Pezoldii[8]), C. Sprengelii[9]), Broussoneti[10]), G. W. Danz[11]), Doublei[12]), K. Ch. Wolfarti[13]) et J. F. Ch. Sebastiani[14]) didicerunt. Caeterum a semiotica tunc solum lucrum expectamus, dum illa diagnoseos imperio omnino submittitur. Diagnosi praesertim ea prognoseos pars, quae circa conversionem unius morbi in alterum versatur, cujusque fundamenta Hippocrates[15]) et Baglivius[16]) posuerunt, innititur. Ipsa vero diagnosis notiones ad istam prognoseos partem spectantes ex anatomia patho-

5) Interpres clinicus. Francf. et Lips. 1753. Noviss. edit. paravit Double. Parisiis 1809.

6) De praesagienda vita et morte aegrotorum. Francf. et Lips. 1754.

7) Semiotica physiologiam et pathologiam generalem complexa. Hal. et Magdeb. 1775. Versio german. Jen. 1794.

8) De progn. in febr. acut. Lips. 1777. — *Von d. Vorhersagung in hitzigen Krankheiten. Hamb.* 1795.

9) *Handbuch der Semiotik. Halle* 1801.

10) *Tableau élémentaire de la sémiotique.*

11) *Semiotik. Leipz.* 1793. *Neu bearbeitet von* Heinroth. *Leipz.* 1812.

12) *Séméiologie générale. Paris* 1812.

13) *Grundsätze der Semiotik. Berlin* 1817.

14) *Grundsätze der allg. patholog. Zeichenlehre. Darmst.* 1819.

15) De morbis mulierum. Lib. I. No. 45. 46. 62. 87. 92.

16) Op. c. specimen trium reliquiorum morborum de fibra motrice et morbosa. Cap. I. De morborum successionibus.

pathologica depromit. Huic enim scientiae debentur notiones de morborum reliquiis, praecipue de exitibus febrium et inflammationum, nimirum de metastasibus[17]), de origine lymphae coagulabilis, aliorumque humorum in cava corporis humani extravasatorum, de pseudomembranis, adhaesionibus morbosis partium, de angustatione canalium, de lithiasi vasorum, de induratione et mollitie viscerum, de abscessibus, de erosione solidorum, de ulceribus, deque gangraena.

Cautelae. 3. Prognosin dum instituis, caveas ne temperamentum et aetas tua in hoc opus imperium exerceant[18]). Porro respicias oportet: A) Ad *stirpem aegrorum*. Sunt enim familiae, quae longaevitatis privilegio fruuntur, quum aliae morti praematurae damnatae sint. B) Ad *conditionem corporis aegroti*. Sicuti enim incendium in domo rite constructa facillime extingui solet; ita morbus in corpore rite formato, dummodo non athleticus sit[19]). C) Ad *aetatem*. Summa sane

17) Reil *Journ. der Erfindungen*. 9. *St.* p. 78. — Brandis *Versuch über die Metastasen*. — Bichat *anatomie générale*. *Paris* 1801. p. 83. H. K. A. Pagenstecher diss. de metastasi. Heidelb. 1819.

18) In millenis, quos ad lectum aegrorum duxi discipulis, constanter observavi, hilares ad bona, tristes ad mala praesagienda pronos fuisse.

19) Friese diss. de vehementia aegrotandi et facilitate

sane pericula in periodis extremis et in pubertate locata sunt. D) Ad *sexum.* Menstruatio nimirum, graviditas, partus, puerperium, lactatio, non solum propria pericula agnoscunt, sed etiam morbos qualescunque accidentales aggravant. E) Ad *clima.* Quum nempe in diversis Europae regionibus praxin medicam exercuerimus, propriâ experientia aliorum observationes confirmare possumus, quatenus docent, eundem morbum, sub vario caelo, vario stipari periculo; indigenas a morbis solo propriis, minus quam advenas pati; inque regionibus meridionalibus, morbos acutos, in regionibus autem septentrionalibus, morbos chronicos majus periculum portendere. F) Ad *constitutionem annuam et epidemicam.* Interdum enim signa quae nunc lethalia sunt, alio adventante anno boni augurii cernuntur. G) Ad *modum vivendi.* Gravissime scilicet morbis laborant, qui crapulae et ebrietati dediti sunt, qui venere abutuntur, qui animi pathematibus vexantur, qui a consueto vivendi modo deflexerunt, quique in aëre recluso et humido degunt. Et H) ad *decursum morbi.* Quoties morbus, praesertim acutus et contagiosus, a consueto suo decursu deflectit, periculum arguendum est. Maxime porro timendum, quanto symptomata, quae alias versus finem morborum cum levamine contingere solent

(e. c.

moriendi hominum robustiorum imbecillioribus. Regiom. 1723.

(e. c. sudor universalis, urina cum sedimento, sputa cocta etc.) jam ab illorum initio observantur.

Crises. 4. Ex veterum enim *criseos doctrina*[20], haec, quippe cum nostra experientia consentiunt, retinemus: morbos acutos (maxime in hominibus vitam simplicem ducentibus[21]) et pharmacis intempestivis non curatis) praescriptum curriculum plerumque absolvere, et determinatis fere diebus (*dies critici*), quarta scilicet, septima, undecima, decima quarta, et vigesima prima, vel sanitate, vel morte terminari, vel in alium morbum transire; — exitum felicem illorum morborum, saepissime evacuationem unam vel alteram, aut saltem phaenomenon aliquod extraordinarium (e. c. convulsiones, animi deliquium) socium habere (*crisis*); — varias crises, per varia et propria phaenomena (*signa critica*) adnuntiari; e. c. *sudorem criticum* per cutim mollem, prurientem, cum pulsu undoso, quaque fere pulsatione crescente et alvo clausa urinaque pauca; *urinam criticam*, per ventrem constipatum, sudorem nullum aut exiguum, deponendi lotium frequentem stimulum et ardorem in mingendo; *diarrhoeam criticam*, per borborygmos, dolores abdominis intercurrentes, frequentes ventris crepitus, cum pulsu

20) K. Sprengel *Versuch einer pragm. Geschichte.* 3. *Thl.* p. 187.

21) Inter nullas gentes criseos negotium tam regulariter contigisse vidi, quam inter Judaeos Lithuaniae.

pulsu tam quoad vim quam rhythmum inaequali; *epistaxin criticam*, per pruritum narium, pulsum dicrotum, faciem rubram alternatim pallidam; *somnum criticum*, per imminutionem inquietudinis, respirationem lentiorem, profundiorem, desiderium obscuritatis, silentii; — majus periculum imminere, si morbo, fortiores exacerbationes alternis diebus exhibente, fortior exacerbatio eam in diem incidat, qua morbus solvi debet et vice versa. Altera vero ex parte fatemur quoque, initia morborum saepe valde obscura esse, et ad amussim illa determinare utplurimum a medici arbitrio pendere; — pulsuum doctrinam, a Nihel[22]), Bordeu[23]), Foucquet[24]), Solano[25]) etc. traditam, vix locum invenire, atque morem, gravissimos morbos, ob timorem, ne auxilia, utut aliunde indicata, crisi adversari possent, naturae committendi, fatalem esse.

## §. XVIII.

*Quomodo prophylaxis et therapia specialis excolendae sint.*

1. Jam vero ad unicum laborum hucusque susce- Generatim.

22) Novae observationes circa crisium praedictiones ex pulsu. Vindob. 1753.

23) *Recherches sur les pouls par rapport aux crises. Paris* 1772.

24) *Essai sur les pouls par rapport aux affections des principaux organes. Paris* 1767.

25) *Idioma della natura lesa.*

susceptorum scopum, ad artem videlicet morbos generis humani praecavendi (*prophylaxis*) et curandi (*therapia*) pervenimus.

Prophylaxis.

2. Dignitatem officii medici nil magis extollit, quam ipsa medicorum conamina, morbos praepediendi, hincque saluti publicae propriam utilitatem postponendi. Est autem *prophylaxis* aut *publica*, quatenus populum integrum, incolas provinciae, urbis, pagi, ab imminentibus morbis defendere satagit; vel *privata*, quatenus idem periculum vel ab una alterave familia, vel a singulis hominibus avertere studet. *Prophylaxis publica*, politiam medicam constituit: illam in hujus operis decursu, solummodo ab rerum nexum, paucis verbis attingimus. *Prophylaxis privata* a therapia speciali separari nequit. Omni oblata occasione eam exemplis Planeri [1]), Backmeisteri [2]), Cousinoti [3]), Vateri [4]), Muhliusi [5]), Baroni [6]), Platzii [7]), Lentinii [8]), Ottoi [9]), Vosi [10]),

1) Diss. de prophylactica medicinae parte. Tub. 1585.

2) Diss. de praeservatione. Rost. 1614.

3) Possunt adeo morbi arte medica praecaveri. Paris. 1631.

4) Diss. de medicina praeservatrice. Witeb. 1727.

5) *Vernunftmässige und durch Erfahrung bestätigte Praeservativkur. Lemgo* 1743.

6) Ergo ab hygieine sola repetenda morborum prophylaxis. Paris. 1757.

7) Pr. de medicae vitae commodis et incommodis. Lips. 1781.

Vosi[10]), aliorumque adducemus. Qui prophylaxeos utilitatem in dubium vocant[11]), potius de illius *abusu* loquuntur. Errant vero, si ad abusum *curas vernales*, quippe utplurimum salutares, revocant[12]).

3. Quemadmodum dux supremus exercituum bellum gerens, ante omnia vires imperio suo subditas, cum illis, quas hostis opponere potest, metitur, ac dein pro re nata, aut praelium sine mora init, et adversarium vel fulminat, vel saltem innocuum reddit, aut illum prius itineribus iisque multis et decussatis defatigat ac sensim sensim-

Cura morbi.

8) *Beobacht. der epidem. Krankh.* p. 118. *Beyträge.* 2. *B.* p. 9.

9) Diss. de prophylaxi morborum ex victu. Frcfr. 1796.

10) Diss. de prophylaxi quam curam prophylacticam vocant. Jenae 1805.

11) Schumann epist. de fugienda micrologia diaetetica. Viteb. 1786. — Gehler Pr. de nimio sanitatis studio saepe sanitatem vel optimam frangente. Lips. 1790. Oeggl et Röschlaub *Hygieine.* 1. *B.* 2. *St.*

12) Kausch *Memorabilien der Heilkunde, Staatsarzneywissenschaft u. Thierheilkunst.* 1. *B.* *Züllichau* 1813. — Józef Frank in: *Dziennik medycyny, chirurgyi y Farmacyi. I. Vol. No. III. Vilno* 1823. (Nullibi curae vernales magis necessariae sunt, quam in regionibus septentrionalibus, ubi incolae per totam hyemem vegetabilibus fermentatis, acidis, piscibus salitis, carnibus fumo induratis vescuntur, in atmosphaera exhalationibus fornacum inquinata degunt, vitam sedentariam ducunt etc.).

sensimque ad locum pro praelio committendo sibi opportunum adducit, aut plane dimicationem universalem evitat et defensione separata, quousque licet, rem publicam labentem, quae impetu praepostere facto extemplo corrueret, sustinet; ita oportet medicus in morbis curandis ante omnia potentiam artis suae cum mali magnitudine metiatur, ac dein pro varia rerum positione, aut aegritudinem auxiliis heroicis illico aggrediatur atque, nisi jugulet, saltem mitiget, aut illam prius longo curriculo deflagrare sinat atque ad conditionem, quae sanationem admittit, perducat, aut a methodo activa plane abstineat, sicque corpus humanum labens, quod pharmaca fortiora illico praecipitarent, quatenus fieri licet, auxiliis lenientibus, servet.

Methodus activa.

4. Febres intermittentes perniciosas, inflammationes viscerum, ingruentem apoplexiam aliosque morbos, quippe qui, dum sibi ipsis relinquuntur, certissime mortem properant, et dum mature curantur, utplurimum jugulari possunt, sine temporis jactura idque viriliter aggredimur. Eadem ratione aggredimur morbos exanthematicos, febres aliosque haud paucos, qui, etiamsi debellari illico nequeant, attamen propterea, quod aut complicationem cum aliis malis iniverunt, aut peculiari vi saeviunt, aut alienum aliquod symptoma socium habent, ut sine mora mitigentur atque ad consuetam formam reducantur, ne-

cesse

cesse est. Occasio hic succurrendi fugax est, atque medicus segniter agens, aegrotum, quem alii salvassent, indirecte interficit, hominique, qui etiamsi in arte natandi versatus, miserum contra undas luctantem, brachiis decussatis adspiceret, aequiparandus foret.

Methodus expectatrix.

5. Sunt autem morbi, inprimis ex classe febrium et exanthematum, qui dum secundum propriam indolem decurrunt, non solum nulla pharmaca exposcunt, sed ab illorum administratione mox in pejus ruunt. Morbi ejusmodi *methodo* sic dicta *exspectativâ*, non immerito laudatâ [13]), curandi sunt. Eritne igitur medici praesentia hisce in morbis supervacanea? Sane non; medici enim est praecepta diaetetica, quibus res, quae morbi decursum pervertere possent, arcentur, praescribere, symptomata molesta modo insonte mitigare, atque ne aliena mala superveniant, invigilare.

Methodus leniens.

6. Dum morbus sanationem certissime non admittit, a curae conaminibus supervacaneis abstinendum est. Praeceptum hujusmodi praesertim de auxiliis ingratis et dolorificis valet. Medicus illis indulgens morbo longe pejor est et carnifex. Omne studium ad lenienda, quousque licet, mala et praesertim ad sopiendos dolores, impendendum. Simul consolatio et bona officia largiri debent. Quodsi quis effatum: „melius

 est

13) *Médecine expeçtante par* C. Vitet. *Lyon* 1803.

est remedio ancipiti, quam nullo uti" jactaret; illi non indiscriminatim subscribendum foret. Malimus enim aegrotum potius a morbo, quam a therapia trucidari. Caeterum et hic Religionis Christianae praeceptum, quo duce aegrotis nil praescribimus, quod in nobis ipsis eadem sub rerum positione non adhiberemus, applicari meretur[14]).

Conclusio. 7. Ex quibus singulis colligitur, nos mediam tenere viam inter medicos, qui in morbis curandis aut nimis activi sunt, aut nimis segnes. Praeterea nil adversus morbos praescribimus, quin scopus, quem per praescripta attingere nobis proponimus, prius determinatus, aut aliis verbis quin *indicatio* stabilita sit.

Fontes indicationum. 8. Purissima sane indicationum scaturigo *diagnosis* est. Cognita enim morbi forma, sede et indole, methodus illum, nisi *sanandi*, saltem *curandi*[15]), sponte fluit[16]). Accedit indicatio, quae

14) Exemplo esto Sydenhamus qui (op. c. Sect. II. cap. 1. p. 97.) ait: „*And, in truth, when I come do die, I trust I shall have the satisfaction of being inwardly assured that I have not only endeavoured, with the utmost diligence and integrity, to recover the health of all those who have been my patients, of whatever rank or condition they were, none of whom have been otherwise treated by me, than I desire to be, if I should be seized with the same distemper.*"

15) Lege de istiusmodi vocabulorum vera significatione

quae ex *juvantibus* et *nocentibus* petitur; quaeque diagnoseos verum lapidem lydium praebet. Quodsi ambo hucusque memorati fontes indicationum arescerent, morbusque aliunde non fuerit plane conclamatus, *auxiliis empiricis* aditus concedendus. Non enim obliviscendum, potiora remedia non ratiocinio, sed casui deberi. „Multa homines in museis excogitant, quae rationi consona, ac prorsus certa existimant, sed quando ad usum descendunt, non solum absurda, sed pene impossibilia deprehendunt. Contra quamplurima (praecipue si de curationibus et remediis loquamur), dum primo proponuntur, inutilia, rationique omnino contraria judicantur; vel quia hypothesi nostrae ad amussim non quadrant, vel quia probabilem illorum rationem reddere nescimus: si tamen ad praxin et experientiam revocentur, utilia et certa experimur"[17]. Caeterum ad *remedia popularia* et *domestica* quod spectat, in ea versamur opinione, illa utplurimum ab ipsis medicis ad vulgum transivisse, hîcque sese conservasse, quum interea scholae medicae novas hypotheses adoptando, etiam nova pharmaca adoptaverint.

9. Am-

Adam Schmidt *über Heilen u. Kuriren.* v. *Gesundheitstaschenbuch von einer Gesellschaft Wiener Aerzte auf das Jahr* 1801.

16) „Medicus ad *cognoscendum* sufficiens, ad *sanandum* quoque sufficit." Hippocrates lib. de arte.

17) Baglivi l. c. Lib. I. cap. XI. §. 7.

Therapiae fontes.

9. Amplectitur autem therapia tres fontes, *fontem* scilicet *pharmaceuticum*, *chirurgicum* et *diaeteticum*.

Fons pharmaceuticus.

10. In usurpando *fonte pharmaceutico*, cave a nimia pyxidum pharmacopolearum veneratione. Illa enim raro pharmaca, quae absque respectu ad indicationes generales, cum fructu praescribi possent, continere solent. Cave praesertim a *novis remediis* pro *specificis* decantatis. Maledicendum est diariis medicis, quae illa indiscriminatim propagant! Etiam atque etiam maledicendum, si de pharmacis veneficis quaestio sit. Non equidem censemus, pharmaca e classe venenorum desumta e praxi medica eliminanda esse; sed putamus pharmaca, venefica, quemadmodum fructus bromeliae ananatis neutiquam pro cibo ordinario inservit, itidem neutiquam pro praxi communi inservire posse. Huic, pharmaca dicanda sunt, longo usu confirmata et tutissima. Qualecunque autem pharmacum praescribatur, debet id facultatibus aegroti accommodum esse[18]). Oportet igitur medicum singulorum pharmacorum pretium non ignorare[19]). Pharmaca vero, quantum fieri potest, sensibus grata praescribi debent. Raro illorum plurima conjungimus, ab arto-

18) *Bitte an Deutsche Aerzte, ihre Kranken nicht arm zu machen. Halle* 1810.

19) Quamobrem in clinicis institutis curandum est, ut omnia pharmaca pretium adscriptum habeant.

artocreatibus medicinalibus abhorrentes. Praeterea a continua pharmacorum mutatione et crebra exhibitione abstinendum. Sufficit utplurimum, si illa bis, ter, quaterve de die exhibentur. In modo, quo pharmaca adhibenda sunt, designando, nil arbitrio relinquendum. Nec tempus in recondito pharmacorum agendi modo eruendo terendum est. Actio enim remediorum, quae sensuum aciem effugit, non minus, quam caussae proximae morborum nos latet[20]). Futilis ille labor disceptationibus innumeris, sine ullo aegrorum emolumento, locum dedit. Potius est ad effectus pharmacorum visibiles attentionem omnem dirigere, praecipue pro determinandis tum rerum positionibus, sub quibus ea in variis morbis conducunt vel nocent, tum pro cautelis detegendis, quae sub eorum usu necessariae sunt.

11. Venaesectiones, hirudines, clysteres, cucurbitulae tum scarificantes tum siccae, sinapismi, vesicatoria, fonticuli, setacea, moxa, caustica, auxilia e *fonte chirurgico* petita sistunt, quae cum cautelis, misericordia, et non sine respectu ad formositatem cutis, praesertim in feminis, adhiberi debent. Fons chirurgicus.

12. *Regimen diaeteticum* securissimum et amplis- Fons diaeteticus.

20) „Quid scammoneae radix ad purgandum, quid aristolochia ad morsus serpentum possit, video; quod satis est; cur possit, nescio.“ Cicero de divinatione. Lib. I.

amplissimum therapiae fontem constituit: multi enim morbi longe certius ciborum et potus delectu, mutatione aëris, rusticatione, venatione, navigatione, equitatione, saltatione, musica, moderamine mentis animique pathematum, nec non aquis soteriis, quam pharmacorum acervo, sanantur.

Cura convalescentiae.

13. Morbo fugato, ne navis in portu periclitetur, *convalescentia* curam medici exposcit; quam veritatem illustrarunt Doute[21]), Depré[22]), Adolph[23]), Fr. Hoffmann[24]), Struve[25]), Santeul[26]), Diest[27]), Hilscher[28]), Junker[29]), Queldmalz[30]), Rothe[31]), Delius[32]), Peschel[33]),

Bidi-

21) An lac convalescentibus? Paris 1710.

22) Diss. de cibatione convalescentium. Erf. 1724.

23) Diss. de statu convalescentiae. Lips. 1732. — Diss. de morbis convalescentium. Lips. 1747.

24) Diss. de convalescentiae statu, ejusque impedimentis et praesidiis. Halae 1734.

25) Diss. de convalescentiae statu, ejus impedimentis et praesidiis. Halae 1735.

26) An a legitima curatione convalescentiae securitas? Paris 1737.

27) An redeunte vere cito redeat convalescenti sanitas? Paris 1741.

28) Pr. de primo post exantlatos graves morbos in publicum progressu. Jen. 1741.

29) Diss. de virium in et a morbis instauratione. Hal. 1745.

30) Diss. de convalescentium cura. Lips. 1749.

31) Diss. de diaeta convalescentium. Alt. 1750.

32) Diss. de convalescentia vera et spuria. Erl. 1773.

Bidischini [34]), Soemmerring [35]), J. P. Frank [36]), Schaeffer [37]), Letocha [38]), J. Malfatti [39]), Cailliot [40]), Bernard [41]) et Fernault [42]). Quivis sane morbus proprium convalescentiae genus, plus minusve propriis periculis stipatum, habet. Saepe eadem, quae morbum constituebat, diathesis ad convalescentiam usque protrahitur. Aliquando autem, praesertim ex abusu remediorum, diathesis convalescentiae ab ea morbi plane diversa. Quibusdam in convalescentiis usus pharmacorum ad omnibus numeris absolutam sanitatem usque requiritur; alias vix convalescente aegro, pharmaca quot quot sunt, supervacanea, imo nociva.

14. Cum praeceptis, ad scientiam spectantibus, regulae, prudentiam et officia medicorum respicientes, jungendae sunt. Quod argumentum quum Monitum.

33) Diss. de cura convalescentium ex febribus acutis. Lips. 1775.

34) Diss. de reconvalescentia. Viennae 1783.

35) Diss. de functionum in convalescentibus restitutione. Mogunt. 1786.

36) Orat. acad. de convalescentium tuenda valetudine. v. delect. opusc. med. T. XII. p. 303.

37) Diss. de cura convalescentium, maxime a morbis acutis. Francf. 1795.

38) Diss. de adhibendo sub aegrotantium convalescentia regimine. Francf. 1797.

39) Röschlaub's *Magazin.* 3. *B.* 3. *St.* *No.* 14.

40) *Diss. de la convalescence, qui succède aux maladies fébriles. Strasbourg* 1802.

41) *Diss. sur la convalescence. Paris* 1812.

42) *Diss. sur la convalescence. Paris* 1812.

quum operis nostri scopo alienum sit, lectores ad alios remittimus auctores[43]). DE

43) Ch. H. Ayrer methodica et succincta informatio medici, practicam aggredientis. Francf. 1594. — A Castro medicus politicus. Hamb. 1662. — J. M. Triller tract. de officio medici. Jen. 1701. — Coschwiz diss. de requisitis medico ad praxin felicem summe necessariis. Hal. 1718. — Brisbane diss. de iis, quae a medico ad artem bene exercendam abesse debent. Edinb. 1750. — Aepli *Abbildung des wahren Arztes, nebst der vertheidigten Religion des Arztes. Schaffh.* 1773. — J. Gregory *über d. Pflichten u. Eigenschaften des Arztes. A. d. E. Leipz.* 1778. — K. F. Uden *medicinische Politik. Leipz.* 1783. — J. Ch. Stark *Versuch einer wahren u. falschen Politik d. Aerzte. Jen.* 1784. — Sandifort oratio de officio medici perquam difficili, a multis pessime neglecto. Lugd. Bat. 1785. — J. P. Frank sermo academicus de civis medici in republica conditione atque officiis ex lege praecipue erutis. Ticin. 1785. — R. Bath *essay on the medical character. Lond.* 1786. — G. Wedekind *über das Betragen des Arztes u. s. w. Maynz* 1789. — W. GF. Ploucquet *der Arzt. Tüb.* 1797. — Bohn diss. V. de officio medici. Lips. 1797. — A. Thuessink oratio de eo, quod medicus in arte facienda inprimis agat. Groning. 1798. — A. F. Metternich *über einige Pflichten der Aerzte. Frankf. a. M.* 1803. — J. L. König *der Arzt wie er ist u. wie er seyn sollte. Zürich* 1806. — Cp. W. Hufeland *die Verhältnisse des Arztes. Berl.* 1806. — Ph. Jos. Horsch *über die Bildung des Arztes als Kliniker und Staatsdiener. Würzb.* 1807. — Fr. A. May *Stolpertus ein junger Arzt am Krankenbette. Mannh.* 1777 —1807. — J. T. Schinko systemat. officior. medici conspectus. Vindob. 1817. — W. Wagner de medicorum juribus atque officiis. Berol. 1819. — L. Lebrecht *der Arzt im Verhältniss zur Natur, zur Menschheit u. Kunst. Maynz* 1821. — L. Angeli *der junge Arzt am Krankenbette. Nach d. Italien. f. Deutsche Aerzte bearbeitet von* L. Choulant. *Leipzig* 1823.

# DE
# FEBRIBUS.

# Caput I.

## *De febribus in genere.*

### §. XIX.

*Conspectus doctrinae.*

1. Priusquam ad specialem febrium doctrinam deveniamus, ex pathologia generali in memoriam revocare juvabit: *febris*, quondam, ut Dea, spectatae[1]), vocabulum[2]), vel a *ferveo* (incalescere), vel a *februo* (expurgare) derivandum esse; — a medicis *febris praesentiam* communi consensu admitti, dum calor animalis et arteriarum ictus, laesa simul una alterave corporis humani functione, a recto tramite deflectunt; — talem vero deflexionem in morbis indole admodum diversis in conspectum venire; — *definitionem* hinc logicam, quae cunctos hujusmodi morbos Pars pathologica.

1) Febris sancta, diva, magna, v. Plin. Lib. II. c. VII. — Valer. Maxim. Lib. II. c. 5. Exempl. VI. 3. — Cicer. de nat. 3. de lege 2. *Sul culto, reso dagli antichi Romani alla Dea febbre, dissertazione del Dr.* G. de Mattheis. *Roma* 1814.

2) Graec. Πυρετός. Ital. *Febbre.* Gall. *Fièvre.* Germ. *Fieber.* Angl. *Fever.* Dan. et Suec. *Feber.* Hispan. *Fiebre calentura.* Batav. *Koorts.* Polon. *Gorączka.* Ross. горячка.

morbos febriles, amplecteretur, quaeque febri, ut generi et singulis illius speciebus, quadraret, neutiquam exspectandam esse; — defectum autem hujusmet definitionis, quo minus febrium doctrina (*Pyretologia*) excoli possit [3]), minime impedire; imo nullam jam pathologiae partem illâ pyretologiae magis excultam exstare; — id conaminibus tum illorum, qui universam praxin medicam amplexi sunt [4]), tum scriptorum peculiarium de febribus [5]), deberi, *pyretologiam* esse funda-

3) „De multis rebus nil aliud constat, quam quaedam phaenomena. Cur ergo his non erimus contenti de febre?" Gorterus compend. med. tract. 52. §. 1.

4) §. IX. 9. §. X. 11. §. XI. 16. Maxime in tractatibus de febribus elaborandis excelluere J. B. Borsieri, J. P. Frank, S. G. Vogel, Ch. W. Hufeland, J. Ch. Reil, Val. ab Hildenbrand et J. N. Raimann.

5) Medici antiqui Graeci, Latini atque Arabes, qui de febribus scripserunt. Venet. 1594. — L. Riverius methodus curandarum febrium. Paris. 1648. — Th. Sydenham obs. circ. morb. acut. hist. et curat. seu methodus curandi febres. Amst. 1666. — R. Morton pyretologia seu exercitationes de morb. universal. acut. Lond. 1692. — J. Huxham *essay on fevers. Lond.* 1730. (vers. German. *Frankf.* 1756). — Th. Glass commentarii XII. de febribus ad Hippocratis disciplinam accommodati. Amstel. 1743. — Senac de recondita febrium interm. tum remitt. natura et de earum curat. Amstel. 1759. — E. A. Nicolai *Vers. eines Lehrgeb. v. d. Fiebern überh. Halle* 1752. — A. de Haen theses sist. febrium divisionem. Vindob.

fundamentum totius praxeos medicae, non solum,

1760. (vers. Germ. *Kopenh.* 1763. *Dresd.* 1777). — L. Chalmers *Versuche über die Fieb. A. d. Engl.* (1768) *Riga* 1773. — P. G. Werlhof obs. de febribus v. Opp. Vol. I. (Germ. *Kopenh.* 1775). — W. Grants *Beob. über die Natur u. Heil. der Fieber. A. d. Engl.* (1772). *Leipz.* 1775—91. — J. Quarin meth. med. febrium. Vind. 1772. Nov. edit. de cur. febr. et inflamm. 1781. (vers. Germ. *Kopenh.* 1776). — Ch. Gl. Selle rudimenta pyretologiae method. Berol. 1773. (vers. Germ. *Tüb.* 1791). — Cp. F. Elsner *Beyträge zur Fieberlehre. Königsb.* 1782. — Ch. F. Richters *Bemerk. über d. Entstehung u. Behandl. verschied. Art. v. Fiebern. Halle* 1785. Ejusd. *Beyträge z. einer prakt. Fieberlehre. Berlin* 1795. — Mx. Stoll aphor. de cognosc. et cur. febribus. Vindob. 1786. (vers. Germ. 1787). — J. C. Tode *prakt. Fieberlehre. Kopenh.* 1786. — Fr. Schraud de febribus tentam. duo. Vindob. 1791. — F. Saalmann *Fieberlehre. Bresl.* 1793. — Ch. Kramp *Fieberlehre nach mechan. Grundsätzen. Heidelb.* 1794. — G. Fordyce *pr. Abhandl. über die Fieber. A. d. Engl.* (1794). *Zitt.* 1797—99. — Ph. Wilson *a treatise on febrile diseases. Winchest.* 1799. (vers. Germ. *Leipz.* 1804). 4. *edit. Lond.* 1820. — J. Ch. F. Harless *neue Untersuch. über die Fieber überh. u. die Typhusfieber insbesondere. Leipz.* 1803. — Gf. Ch. Reich *Erläuterungen der Fieberlehre. Berlin* 1805—6. — G. Giannini *della natura delle febbri e del miglior metodo di curarle. Milano* 1805 (vers. Gallic. *Paris* 1808). — Petit-Radel pyretologia medica. Paris. 1808. — J. F. Ackermann de construendis, cognosc. et cur. febrib. epitome. Heidelb. 1809 (hypoth. chemicae). — Heur-

lum, quia febres morborum classem, longe lateque extensam, nemini, nec foetu in utero materno excepto, parcentem sistunt, sed etiam propte-

TELOUP *de la nature des fièvres et de la meilleure méthode de les traiter. Berlin et Paris* 1810. F. W. HOVEN *Versuch einer pr. Fieberlehre. Nürnb.* 1810. — F. K. LOE de cognosc. et cur. febribus. Monac. 1811. — F. A. WALCH *Unters. über die Natur u. Heil. d. Fiebers. Leipzig* 1813. J. H. RAHNS *Fieberlehre. Zür.* 1814. — G. VON WEDEKIND *einige Blicke in d. Lehre d. Entz. u. v. d. Fiebern. Darmst.* 1814. — F. A. B. PUCHELT pr. exhib. febr. notion. febriumque distinctionem. Lips. 1814. — G. GRIMAUD *cours des fièvres. Montpellier* 1815. — FOURNIER *et* VAIDY *sur la fièvre.* v. *Diction. des sciences médicales. T. XV. Paris* 1816. — A. C. FAGES *recherches pour servir à l'histoire critique et apologétique de la fièvre. Montpell.* 1820. — C. F. SPEYER *über d. Heilverfahren in fieberhaften u. entzündl. Krankh. Bamb.* 1820. — A. F. CHOMEL *des fièvres et des maladies pestilentielles. Paris* 1821. J. B. C. BARBIER *reflexions sur les fièvres. Paris* 1821. — J. R. PARK *the pathology of fever being the subject of the gulstonian lecture. Lond.* 1822. J. C. COLLINEAU *peut-on mettre en doute l'existence des fièvres essentielles? Paris* 1823. (Contra BROUSSAIS). — A. N. GENDRIN *recherches sur la nature et cause prochaines des fièvres* 1823. (item). — F. G. BOISSEAU *pyrétologie physiologique, ou traité des fièvres considérées dans l'esprit de la nouvelle doctrine médicale. Paris* 1823. — A. DUGÉS *essay physiologico-pathologique sur la nature de la fièvre etc. Paris* 1823. (Contra BROUSSAIS). — J. H. G. SCHLEGEL's *Fieberlehre. Erfurt* 1824.

propterea, quod exanthemata et inflammationes utplurimum juxta indolem febris, quam sociam agnoscunt, curari debent, atque tandem maxima morborum chronicorum pars ex febribus originem trahit; — febres plerumque *symptomata prodroma* agnoscere, videlicet lassitudinem sponte natam, dolores vagos artuum et lumborum, oscitationes, animi inconsuetam irritabilitatem et imbecillitatem, physiognomiam a statu sano recedentem, oculorum splendorem imminutum, auctum, halitùm foetentem, anorexiam, somnum haud recreantem, ulcerum habitualium ariditatem, secretiones sive auctas, sive imminutas, sive alienatas; — inter *symptomata febrium constitutiva calorem animalem*, modo teste thermometro, modo ad aegroti dumtaxat sensum, nunc in universo corpore, nunc in ejus tantum parte, aut decrescere (*frigus febrile*, secundum variam vim, *algoris*, *horroris* et *rigoris* nominibus insignitum), aut invalescere (*calor febrilis*, pro re nata, constans, fugax, humidus, amoenus, siccus, mordax, urens), aut e cute evanescere et viscera aggredi (*febris lipyria*), aut vice versa (*febris epiala*); — *pulsum* plerumque velocitate peccare, interdum vero sano lentiorem esse, utroque autem in casu tam vi, quam rhythmo a normali conditione deflectere posse; — *functiones laesas* potissimum in perversitate adpetituum, deleto scilicet ciborum desiderio, aucto-

que illo potulentorum (*sitis febrilis*), in commutato sensu valetudinis cum illo morbi, in perturbato opere secretionum, maxime salivae, transpirationis cutaneae, exhalationis pulmonum, bilis, urinae et faecum, inque deleto nutritionis processu consistere; — febres agnoscere *caussas*, alias *praedisponentes*, alias *excitantes*, in corporis humani peculiari conditione, in annua seu epidemica constitutione, in modo vivendi, in contagiis, miasmatibus et venenis, inque rebus, corpus humanum mechanice aut chemice laedentibus, quaerendas; — febrium *caussam proximam* latere, innumerasque hoc sub respectu jactatas fuisse hypotheses[6]); — febrium *diagnosin* non ex uno dumtaxat symptomate, sed ex plurimis simul sumtis instituendam et maxime ad symptomatum constantiam et successionem, ad stadia nimirum opportunitatis, invasionis, incrementi, acmes, criseos, decrementi et convalescentiae, nec non ad typum nunc regularem, nunc irregularem respiciendum esse; febres vario pacto

6) Praecipue a Burserio Inst. T. I. §. 24. J. P. Frank epit. T. I. p. 10. Reil *Fieberlehre*. 1. *Th*. p. 41. Hildenbrand institut. Vol. I. p. 87 — 96. 101 — 117. referuntur. Pulchre sane juvenis medicus ex Croatia oriundus lib. Bar. Störk in examine rigoroso quaerenti, *quid febris sit?* respondit: „febris est, quod neque tu scis, neque ego, neque quisquam medicorum" (*Salzb. med. chir. Zeitung*. 15. *Ergänzungsband*. p. 50.).

pacto *divisas* fuisse [7]), nempe in acutas et chronicas, in continuas, remittentes et intermittentes, in benignas et malignas, in epidemicas, sporadicas, endemicas, stationarias, annuas, intercurrentes, in primarias et secundarias, in simplices et compositas, in regulares et irregulares, in cephalicas, stomachicas, mesentericas, in synocham, synochum et typhum, in inflammatorias, gastricas, nervosas, putridas, catarrhales, rheumaticas etc.; — febres, determinatis, circiter temporibus [8]) praeviisque indiciis modo

O 2 pro-

7) Galenus de febrium differentiis. Libr. II. Galens *Fieberlehre von* K. Sprengel. *Breslau u. Leipz.* 1788. Baldinger de febrium acutarum differentiis. Jenae 1770.

8) De variis febrium judicationibus ait Hippocrates: „febres mitissimae, et securissimae die 4to aut ante desinunt; maxime vero malignae et gravissimae die 4. vel prius interficiunt. *Praenot.* 122. Primus febrium insultus ad dies quatuor, secundus ad 7, tertius ad 11, quartus ad 14, quintus ad 17, sextus ad 20 dies excurrit. *Praenot.* 122. Quibus per febres sexta die rigores fiunt, difficulter judicantur. *Sect. IV. Aph.* 29. Febricitare incipientibus sanguinis stillationes cum sternutatione adcedentes, et quod in urina desidet album, quarto visum, septimo solutionem adfore denunciant. *Coac.* 149. Urina, in febre album et leve depositum habens sedimentum, celerem liberationem denunciat; celerem quoque, quae diluta indiscretam quandam habet pinguedinem. *Coac.* 575. Quae aliquantulum rubet, subrubrum habet sedimentum et leve, siquidem ante diem septimum appareat; septi-

propitiis[9]), modo funestis[10]), aut in sanitatem, quam

mo die solutionem fore designat; post septimam autem tardiorem, aut plane diuturnam. *Coac.* 575. Quae quarto die subrubram nubeculam capit, septimo die liberat, dum reliqua pro ratione habeant. *Ibid.* Febricitantium non omnino leviter, permanere corpus, et nihil minui; vel etiam plus quam ratio postulat, contabescere, malum. Illud enim morbi longitudinem; hoc vero aegri imbecillitatem significat. *Aph.* 28. *Sect. II.* In febribus abscessus, qui ad primas judicationes (*id est evacuationes*), non solvuntur, morbi longitudinem significat. *Aph.* 51. *Sect. IV.* Sudores febricitantium, extra dies criticos orti, laborem significant, et morbi longitudinem, et recidivas. *Aph.* 36. *Sect. IV.* Febricitanti sudor superveniens, febre non remittente, malum. Prolongatur enim morbus et copiosiorem humiditatem indicat. *Aph.* 56. *Sect. IV.* Quibus febricitantibus in urinis subsidentiae fiunt crassiori farinae similes, longam infirmitatem significant. *Aph.* 31. *Sect. VII.*

9) De *notis salutaribus* consuli possunt Aphorismi 26. Sect. II. 43. Sect. IV. 62. Sect. VII. 36. Sect. IV. 69. Sect. IV. Qui ex morbo superfuturi sunt, facile spirant, dolore vacant, noctu dormiunt, aliaque securissima signa habent. *Praenot.* 126. Quibus in febre die 7. aut 9. aut 11. aut 14. morbus regius supervenit, bonum est: nisi dextrum hypochondrium durum sit, alioqui non bonum. *Aph.* 64. *Sect. IV.* Quibus ex febre aures obsurduerint, his sanguis e naribus effluens, aut alvus exturbata, morbum solvit. *Aph.* 60. *Sect. IV.*

10) Saltem *periculum* significatur in sequentibus: „Dejectiones nigrae, qualis sanguis niger, sponte prode-

quam haud raro provocant[11]), nunc cum, nunc sine

untes, male. *Aph.* 21. *Sect. IV.* In febribus circa ventrem aestus vehemens, et oris ventriculi dolor, malum. *Aph.* 65. *Sect. IV.* In febribus ex somnis pavores, aut convulsiones, malum. *Aph.* 67. *Sect. IV.* In febribus spiritus offendens (*id est intercisus*) malum; convulsionem enim significat. *Aph.* 68. *Sect. IV.*" Videantur etiam *Praedict. I.* 56. 74. *Coac.* 31. *II.* 30. 34. 42. 44. 55. 78. 145. 242. *Perniciem* et *mortem* ex his, quae modo adducam, conjicere possumus. „Si a febre detento, tumore in faucibus non existente, suffocatio ex improviso superveniat, lethale. *Aph.* 34. *Sect. IV.* Si a febre detento, collum derepente inversum fuerit, et vix deglutire possit, tumore non existente, lethale. *Aph.* 35. *Sect. IV.* 58. *Sect. VII. Coac.* 277. Ubi livores in febre fiunt, prope adfore mors significatur. *Coac.* 66. Febrium initio si atra bilis sursum, aut deorsum prodeat, lethale est. *Coac.* 68. Quibus per febres assiduas pustulae toto corpore enascuntur, lethale est, nisi quid purulentum abscedat. In his vero praecipue adnasci ad aures tubercula solent. *Coac.* 114. Vocis defectiones in febre, quae convulsionis speciem prae se ferunt, et in mentis emotionem cum silentio desinunt, perniciem ostentant. *Coac.* 248.

11) „Si ebrius, inquit Hippocrates, repente obmutuerit, convulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut ubi ad horam pervenerit, qua solvuntur crapulae, vocem recuperet. *Aph. Sect. V.* 5. Qui a distentione, aut rigore nervorum tenetur, febre superveniente liberatur. *Sect. IV.* 57. Quicunque sani dolore capitis repente capiuntur, et statim muti fiunt, et stertunt, in septem dies pereunt, nisi febris apprehenderit. *Sect. VI.* 51.

sine recidivae periculo [12]), aut in alios morbos [13]), aut in mortem [14]) transire; cadavera tandem

Quibus hepar circumcirca dolet, his febris superveniens dolorem solvit. *Sect. VII.* 52. Sed dolor sine inflammatione esse debet. *Sect. VI.* 40. Cfr. Fr. Hoffmann diss. de salubritate febrium. Hal. 1702. Opp. T. VI. — E. Stahl diss. de febre per se nunquam mortifera. Hal. 1714. — Goelicke diss. de laude febris falso suspecta. Fr. 1733. — Boehmer diss. de febre, remedio. Vitemb. 1754. et diss. de virtute febris in sanandis spasmis. Ibid. 1754. — H. F. van der Stadt tractatus de salubritate febris. Gand. 1768. — Fincke diss. de febrium salubritate in morbis chronicis. Hal. 1772. — Metzler *über d. Vortheile d. Fieber bey langwierigen Krankheiten. Ulm* 1790. — Berends diss. de febre spontaneo atque haud infrequente aliorum morborum auxilio. Francf. 1805. Lecomte *de la fièvre médicatrice et de la réalité des crises et des jours critiques.* v. *Journ. général de médecine.* 1824.

12) „Febricitanti, nisi in diebus imparibus dimiserit febris, reverti solet. *Aph.* 61. *Sect. IV. Coac.* 80. Quibus febres cessant neque apparentibus solutionis signis, neque diebus judicatoriis, iis recidiva expectanda est. *Praenot.* 138. *Coac.* 146."

13) Signa *abscessus* superventuri vid. in Coac. 143. Praenot. 139. Coac. 422. 141. Aph. 31. IV. — *Convulsionis* in praenot. I. 115. *Doloris capitis* Aph. 70. Sect. IV. *Doloris ad coxas*, Coac. 297. *Diarrhoeae* Aph. 73. IV. Coac. 291. Aph. 27. IV. Coac. 153. 142. *Dysenteriae* Coac. 124. Erysipelatis in facie. Coac. 200. Haemorrhagiae. Coac. 108. 149. 142. 555. Praedict. I.

dem febre peremtorum modo praegressi morbi vestigia, modo nihil plane morbosi exhibere [15]).

2. Nec supervacaneum esse putamus, ex *therapia generali* meminisse, methodum universalem febribus medendi, quum febrem inter et febrem maximum saepe vigeat discrimen, haud dari; praeceptaque hinc generalia in eo solum consistere: ut càussae febrium manifestae, quousque fieri licet, illico removeantur; ut effectus caussarum rebellium prudenter et opportune temperentur, id est „ut solum symptomata gravia et urgentia mitigentur, aut tollantur, non vero ea, Pars therapeutica.

142. Coac. 298. *Phrenitidis* Coac. 79. 95. 226. *Vomitus* Coac. 142.

14) Febres in tabulis mortuariis haud infimum locum occupare elucet ex Buchan *médecine domestique T.* 2. *ch.* 2. p. 14. J. P. Süsmilch *göttliche Ordnung. 4te Ausgabe. Berlin* 1775. W. Black *an arithmetical and medical analysis of the diseases and mortality of the human species. Lond.* 1789. *chap.* 4. p. 43. Apparet igitur febris laudes non immerito circumscriptas fuisse a Bergero in diss. de laude febris merito suspecta. Witeb. 1730. et a Werlhofio de limitanda febris laude. v. Opp. Vol. II. p. 389.

15) Senac (l. c. lib. 4. cap. 3.) monet in malignis febribus et pestilentialibus, veneni illius subtilissimi, e quo praecipites mortes sunt, in nonnullis quidem casibus visibilem effectum in visceribus occurrere; at saepius nullum, quod sub sensus cadat, ejus vestigium apparere. — Haec *verissime* dicta esse ait Morgagni. De sed. et caus. morb. T. II. ad Senac epistol.

ea, quae a febris peculiari natura sejungi nec possunt, nec debent, et quae salubres naturae motus esse consueverunt“[16]); ut curetur, „ne motus febrilis aut nimis excedat, aut justo citius languescat, aut deficiat“[17]); ut febres, ubi res naturae committenda est, ab illis, in quibus arti agere expedit, discernantur[18]); ut hoc in opere non hypotheses, quas mos temporis fert, sed seculorum experientia pro norma inserviat; ut tamen experientia in remotis regionibus interque gentes, quarum vivendi ratio a nostra valde differt, capta, non indiscriminatim in usum deducatur; ut febrium neglectarum aut incongrue tractatarum curam suscipientes, non indicationes, quae alias stadiis morbi quadrarent, sed potius illas, quae praesenti rerum statui accommodae sunt, sequamur; utque febricitantium curae intenti, morbum a sanis avertere non negligamus.

## §. XX.

### *Ordo noster.*

Generatim. 1. Ut morbos multifarios, qui febrium classi adnumerantur, *quatenus peculiarem medendi rationem exposcunt*, inter se invicem probe distin-

16) Burserius l. c. §. XLVIII.

17) Idem, ibid. §. XLII.

18) Lectu dignissima est dissertatio Planchonii *le naturalisme, ou la nature considérée dans les maladies et leur traitement conforme à la doctrine, et à la pratique d'Hippocrate, et de ses sectateurs.*

stinguere et exacte designare valeamus, ad artificiale illud nosologorum adminiculum, quo morbi in ordines, genera, et species distribuuntur, confugere coacti fuimus. Distribuendi rationem simplicissimam aeque ac vulgatissimam, quaeque ad aegrorum lectos optimum in medendo filum largitur, omni alii speciosae et inflatae anteponere placuit.

2. Dividimus igitur febres primum in illas, quae morbum per se constituunt (*Febres idiopathicae*, *primariae*, *essentiales*, *febris morbus*) et in illas, quae aliorum morborum sistunt symptoma (*Febres symptomaticae*, *secundariae*). Has vel illas negare velle, absurdum foret[1]). Ordines.

3. Fe-

1) Broussais, quippe qui febres, quot quot sunt, pro symptomate gastro-enteritidis habet, existentiam febrium primariarum seu essentialium necessario negare debet. Si opus conscriberem polemicum, illi objicerem: 1° quod, quum maxima pars caussarum, quae febribus ansam porrigit, in totum corpus humanum agat, etiam effectus universalis exspectandus sit; 2° quod symptomata prodroma febrium plurimarum revera morbum totius corporis designent; 3° quod, si febris unum prae alio locum afficiat, inde concludi haud possit, talem locum morbi focum constituere; 4° quod ipsa variolarum, morbillorum et scarlatinae contagia, primum universum corpus et serius tantum cutem aggrediantur; 5° quod vigente una eademque febre, modo haec, modo illa corporis humani pars peculiariter laboret, quin morbi indoles vel minime mutetur; 6° quod saepe affectionem spe-

Genera. 3. Febres primarias, de quibus hic unice disserimus, prout libera intervalla habent, aut continuo decurrunt, in *febres intermittentes* et *continuas*, subdividimus. Primum de illis.

Caput

cialem partis maxime affectae debellare liceat, febre nihilominus relicta propriumque decursum absolvente; 7° quod crisis, quae sola febribus terminum imponere solet, negotium totius corporis sit; 8° quod essentia febrium non solum in partibus corporis humani solidis, sed quoque in fluidis, quaeri debeat, ut inter alia febres post gravem sanguinis jacturam ortae docent; 9° quodque febres graviores curam generalem exposcant, qua neglectâ, auxilia localia circa partem maxime laesam, malum potius aggravent, ut pluries vidi, dum cura a hirudinibus, nulla praemissa venaesectione, inchoabatur. Caeterum ex Broussaisei errore id boni pullulat, ut ii medicorum, qui antea febres secundarias praetervidebant, nunc magis ad irritamenta localia, utpote febrium symptomaticarum caussam, respiciant. Tale vero bonum sine tot clamoribus obtineri potuisset!

# Caput II.

## De febribus intermittentibus.

### §. XXI.

*Introductio. Definitio. Literatura. Divisio.*

1. Febrium tractatus speciales ab illo, sat neglecto [1]), febrium intermittentium incipimus, non quod earum doctrina, ut contendunt [2]), facilior sit (est enim difficillima [3])); sed quia illa optime Introductio.

1) „In cujus quidem argumenti pervestigatione tanto magis omnis industria necessaria est, quanta plus in febrium intermittentium curatione *neglecta omnis fere observatio est.* A quo enim tempore cortex peruvianus tanquam certum atque expertum auxilium invaluit, plurimi medicorum hoc contenti sine consideratione et dempta rationali medicina omnem imposterum febrim intermittentem eadem tamquam Herculis clava percutere volebant.“ Strack observat. de febribus intermitt. Cap. I. p. 3.

2) Hildenbrand institut. practico medicae T. II. §. 1. „. . . *harum* (febrium intermittentium) *notio facilior est.*“

3) „Via igitur, quae ad febrium intermittentium curationem ducit, *non ita expedita, sed è contra valde lubrica;* quo major videtur remediorum suppellex, eo facilius est in eorum delectu errare.“ Senac de recondita febr. interm. tum remitt. natura. Lib. II. cap. 1.

optime ad studium febrium continuarum praeparat. Sistit enim quivis febrium intermittentium paroxysmus „febrim continuam in compendium contractam" [4]).

Definitio. 2. *Febris intermittens* [5]) est febris primaria, ex insultibus [6]) et liberis intervallis [7]) composita, cum peculiari ad relapsum proclivitate.

Literatura. 3. Hujus morbi, generi humano coaevi, doctrinam, exposuerunt alii in operibus, quae praxin medicam universam amplectuntur [8]), alii in pyretologiis [9]), alii in commentationibus, a societatibus literariis editis [10]), alii in dissertationibus

4) Sunt Sydenhami verba.

5) *Synon.* Anetas. Germ. *Wechsel-Fieber*, *kaltes Fieber*, *Kaltweh*, *Absatz-Fieber*, *das Kalte.* Ital. *Febbre; febbre intermittente*, *febbre periodica.* Gall. *Fièvre*, *fièvre froide.* Anglic. *Seasoning fever*, *intermitting fever*, *shivering fever*, *a cold fit*, *ague.* Ross. Лихорадка. Polon. *Febra.* Dan. et Suec. *Vexelfeber.* Hisp. *Calentura*, *fiebre fria.* Lusit. *Maleitas*, *febre de Sezão.*

6) *Syn.* Accessio. Invasio. Graec. Paroxysmus. Germ. *Anfall.* Gall. *Accès.* Angl. *Fit.*

7) *Syn.* Intermissio, integritas, infebricatio. Graec. Apyrexia.

8) §. IX. 9. §. X. 11. §. XI. 16.

9) §. XIX. 1. (5).

10) J. B. Gründel febres intermittentes epidemicae in Styria, a. 1687. Miscell. acad. nat. curios. Dec. II. a. 6. 1687. p. 309. — Chr. Helwich de febribus intermittentibus malignis. Eph. acad. nat. cur. Cent. I et II. p. 330. — Chr. Fr. Joerdens de febribus

nibus inauguralibus[11]), alii demum in monographiis

phiis

intermittentibus malignis et periculosis. Acta acad. nat. cur. Vol. X. p. 48. — J. Ph. Berchelmann bigae febrium intermittentum a. 1761. Giessae epidemicorum. Acta Hassiaca. a. 1771. p. 165. — J. Haartmann *über d. Ursachen der heftigen Wechselfieber, welche in den Jahren* 1774 — 1777 *um Åbo und anderwärts grassirten. Neue Schwedische Abhandl. J.* 1781. p. 29. — E. F. List de epidemica et maligna febre intermittente, plurimis annis et inprimis anno 1779 civitatem Campensem devastante. *Verhandel. van de Correspondentie Soc. — in's Hage. Deel. I.* 2. *Afdeel. A. Bl.* 248. Caille *mémoires sur les fièvres remittentes et intermittentes, qui ont regné en* 1780 *et* 1781 (*en France*). *Hist. et mém. de la soc. R. de médec. a.* 1786. *Mém.* p. 24. — Py *observation de la fièvre endémique à Narbonne, devenue épidémique.* Sedillot *rec. périod. de la soc. de médec. de Paris. T.* 12. p. 255. — L. A. Gaillard *observation d'une fièvre intermittente maligne.* Ibid. p. 264. — Chr. J. Th. de Meza relatio febris tertianae intermittentis epidemice mensibus Martio, Aprili, Majo, Junio etc. anni 1784 grassantis. Acta reg. soc. med. Havniensis Vol. 2. p. 197. — B. Rush *an enquiry into the cause of the increase of bilious and intermitting fevers in Pennsylvania; with hints for preventing them. Transact. of the American soc. Vol.* 2. p. 206. — Duret *mémoire sur les maladies (fièvres intermittentes) qui ont regné dans la Valoire (an. XI) suivi de la statistique de cette contrée. Annales de la soc. de médec. de Montpellier. T. I. P. I.* p. 266. — P. J. Boucher *observation sur un cas peu commun de fièvre intermittente pernicieuse.* Ibid. *T. I. P. I.* p. 86. — Ch. A. Barrey *rapport sur une épi-*

phiis inque variis hujus generis opusculis prae-
sertim

*démie de fièvres intermittentes, qui ont existé dans le village de St. Vil (au S. O. de Besançon) pendant les mois de Vendémiaire et Brumaire an. XIV.* Ibid. *T.* 9. p. 385. — Colombot *observation sur une fièvre intermittente pernicieuse, qu'on pourroit appeller ophthalmique; extraite d'un mémoire de* Colombot *sur une épidémie des fièvres de cette nature, qui a regné dans plusieurs communes du depart. de la Haute Saone, en* 1806, *vers la fin de l'été. Bulletin de l'Ecole de médecine et de la soc. de Paris (année* 3.) *a.* 1807. p. 82. — F. J. Double *sur les fièvres intermittentes pernicieuses (à Paris* 1807). Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 31. p. 180. — Audouard *sur les fièvres intermittentes et remittentes pernicieuses, recueillies à l'hôpital militaire Français à Rome pendant les mois de Juillet et Août* 1807. *Annales de la soc. de médec. de Montpellier. T.* 11. p. 5. 169. — Lorentz *apperçu sur les fièvres intermittentes, qui ont regné depuis la fin du mois de Février jusqu'à la fin de Juin* 1808, *parmi les militaires Français en garnison à Potsdam et cantonnés dans les environs.* Sedillot *rec. périod. de la soc. de médec. de Paris. T.* 33. p. 361. — Golfin *observation d'une fièvre pernicieuse intermittente. Avec rapport sur cette observation par* Chapotin. Ibid. *T.* 55. p. 145. 155. — T. Buscalioni *sulle febbri intermittenti. Giornale della soc. med. chirurg. di Parma. Vol.* 9. p. 153. Józef Frank *o własnoscyach febr pannuiących w Litwie, Pamiętnikow towarzystwa Lekarskiego Wilenskiego. T. II.*

11) Sennert diss. VIII. de febribus intermittent. in genere. Vitenb. 1628. — Diss. IX. de febribus in specie. Ibid. 1628. — Roederer de febrib. inter-

sertim ad febres intermittentes epidemicas et endemicas

mitt. in genere at in specie. Jen. 1638. — Cross diss. de febre intermittente. Leid. 1664. — Graemberg diss. de febribus intermitt. Leid. 1666. — Futzius diss. de febrib. intermitt. Lugd. Bat. 1676. — Happel diss. de febr. intermitt. Marp. 1677. — Meibomius diss. de febribus intermittentibus epidemicis. Helmstadiae 1678. — Cramer diss. Archeus faber febrium intermittentium. Erf. 1679. — Rivinus diss. de febr. interm. Lips. 1683. — Wedel diss. de febre intermittente in genere. Jen. 1690. Ejusd. de febrib. intermitt. Jen. 1692. — Engel diss. de febrib. intermitt. Leid. 1700. — Boettiger diss. de febr. interm. Lipsiae 1721. Spies diss. de febrium intermittentium theoria et therapia. Helmst. 1721. Tettenborn diss. de febr. intermittentibus cognoscendis et curandis. Hal. 1726. — Luther diss. de febrib. intermitt. Erf. 1737. — Detharding diss. de caussa et indole febr. intermitt. Rost. 1748. — Cartheuser diss. de febrium intermittentium vulgarium et epidemicarum differentia. Francf. ad Viadr. 1751. — Raymond diss. de febribus intermittentibus autumnalibus Mittelburgi quotannis grassante. v. Balding. Sylloge. T. I. — Nonne diss. de febrib. interm. Erf. 1754. — Kaltschmid diss. de febrib. interm. et speciatim tertiana duplici. Jen. 1756. — Büchner de febris intermittentis complicatione cum maligna casu quodam illustrata. Hal. 1757. — Riedhammer diss. de febre intermittente. Viennae 1757. — Nietzki diss. de motibus febrilibus, febrium intermittentium indoli analogis. Hal. 1763. — Ejusdem diss. de febrium intermittentium symptomatibus quibusdam acutis. Hal. 1763. — Smith diss. de febrib. intermitt. Lugd.

demicas spectantibus. Quibus ultimis adnumerantur:

Bat. 1764. — Koch diss. sistens considerationem pathologico practicam febrium intermittentium. Hal. 1764. — Steinbrenner diss. de febrib. intermitt. Argent. 1764. — Müller diss. de febrib. intermitt. Viennae 1765. — Koreff diss. de caussis febris intermittentis autumnalis irregularis, Hal. 1769. — Brotherson diss. de febrium intermitt. natura et indole. Edinb. 1776. — De Meza diss. sistens animadversiones febrium intermittentium therapiam concernentes. Büzow. 1777. — Van der Belen diss. de febrib. intermitt. compositis. v. collect. diss. Lovaniensium. — Cassel diss. de febr. intermitt. Giessae 1781. — Van Rossum diss. de febrib. intermitt. in genere. Lovan. 1781. — Mayer diss. de febrib. intermitt. Giessae 1781. — Heinrici diss. de natura febris intermitt. in genere. Argent. 1783. — Tritschler diss. generalia quaedam circa febres intermitt. Erf. 1783. — Buchanan diss. de febrib. intermitt. Edinb. 1783. — Pauli diss. de febrib. intermitt. Mogunt. 1784. — Nauheimer diss. de febrib. intermitt. Mogunt. 1784. — Collier diss. quaedam de febrib. intermitt. Edinb. 1784. — Van Hinte diss. de febrib. nervos. et intermitt. Hal. 1786. — Ramsay diss. de febrib. intermitt. Edinb. 1786. — Oberkamp diss. febres intermittentes. Heidelb. 1786. — Sutton diss. de febrib. intermitt. Lugd. Bat. 1787. — Van Elswyk diss. de febrib. intermitt. tam manifestis quam larvatis. Lugd. Bat. 1788. — Mutenbacher diss. historia febris intermitt. Kilon. 1788. — Spratt diss. de febre intermitt. Edinb. 1793. — Maklennan diss. de febre intermitt. Edinb. 1793. — Fowler diss. de febrib. intermitt. Edinb. 1794. —

tur: Velius [12]), Fr. Porellus [13]), G. Drageus [14]), J. Jones [15]), J. H. Bolmann [16]), G. Cole [17]), Fr. Torti [18]), Jac. Dracke [19]), D. S. Madai [20]), O. Gese-

G. Fordyce *second dissertation on fever, containing the history and method of treatment of a regular tertian intermittent. Lond.* 1795. — Finck diss. de febre intermitt. Bromberg. 1798. — Baron diss. de febre intermitt. Edinb. 1799. — J. L. Alibert *dissertation sur les fièvres pernicieuses ou ataxiques intermittentes. Paris an. VIII.* — Lawlor diss. de febrib. intermitt. Edinb. 1801. — Halpin diss. de febre intermitt. Edinb. 1802. — Harte diss. de febre intermitt. Edinb. 1802. — Werner diss. de febr. interm. perniciosis. Francf. 1804. — Rutetski diss. de febre intermitt. Erf. 1806. — Sabaux *diss. sur les fièvres pernicieuses intermittentes épidémiques. Paris* 1812. — Legier *diss. sur les fièvres intermittentes. Paris* 1812. — Michal *diss. sur la fièvre intermittente adynamique. Paris* 1812. — S. Schwalt diss. de febrib. intermitt. Vindob. 1814. — E. F. Th. Funk de febre intermittente. Hal. 1822. — Schrem de febribus intermitt. Patav. 1823.

12) Theses de febrib. intermitt. Patav. 1595.

13) De febrib. intermitt. earumque causis. 1597.

14) Observat. de febrib. intermitt. Lond. 1668.

15) De febribus intermitt. Hagae 1684.

16) De febre intermittente ejusque explicatione et curatione. Marb. 1695.

17) Hypotyposis super febres intermittentes. Amst. 1698.

18) Therapeutica specialis ad febres periodicas perniciosas. Mutin. 1709. Edit. nova c. vita auctor. Francf. et Leipz. 1756. Altera nov. cur. C. C. J. Tombeur et O. Brixbe. Bonn. 1821.

Gesenius[21]), W. Coley[22]), Mosca[23]), E. A. Nikolai[24]), Coliny[25]), M. Durand[26]), Raynal[27]), F. C. Medicus[28]), Trnka de Krzowitz[29]), Santarelli[30]), J. C. Fidler[31]), Grainger[32]), Voullone[33]), Graumann[34]), Thompson[35]), C. Strack[36]),

19) Orationes tres de febrib. intermitt. Lond. 1742.

20) *Abhandl. von den sogenannten Wechselfiebern. Halle* 1747.

21) *Beobachtungen der Wechselfieber und ihrer Wirkung in die Gesundheit. Helmst.* 1752.

22) *Account of the late epidemical ague. Lond.* 1755.

23) *Sulle febbri di mutazione d'aria. Napoli* 1756.

24) *Abhandlung von den kalten Fiebern. Kopenh.* 1758.

25) De febribus intermitt. cognoscendis et curandis. Argent. 1760.

26) *Sur les fièvres intermittentes.*

27) *Essai sur la méthode de guérir les fièvres malignes intermittentes. Paris* 1763.

28) *Geschichte periodischer Krankheiten. Karlsruhe* 1764.

29) Historia febrium intermittentium. Vindob. 1775. (Versione Germanica Viennae a. 1781. editâ uti coactus sum).

30) *Ricerche intorno alle cause della febbre perniciosa dominante nello stato Romano.*

31) De febre intermittente. Prag. et Vindob. 1784.

32) *Praktische Bemerkungen über die Behandlung des kalten Fiebers. Leipz.* 1785.

33) *Mémoire sur la question: Déterminer le caractère des fièvres intermittentes. Avignon* 1786.

34) Meletemata ad febres intermittentes spectantia. Buzow. 1787.

35) *Treatise on the febris intermittens. Lond.* 1787.

Strack[36]), Notarjanni[37]), F. W. von Hoven[38]), F. Saalmann[39]), A. Comparetti[40]), Wendt[41]), Fr. Schraud[42]), F. D. A. Bouffey[43]), Froment[44]), Moreau[45]), Kortum[46]), Spangenberg[47]), Fizeau[48]), Coutanceau[49]), Jac. Richard[50]),



36) Observationes medicinales de febrib. intermitt. Offenbach. 1787.

37) *Osservazioni sulle febbri di mutazione. Napoli* 1788.

38) *Versuche über das Wechselfieber. Winterthur* 1789.

39) Descriptio febris intermittentis in genere et speciatim febris interm. quotidianae, tertianae et quartanae. Münster 1791.

40) *Riscontri medici delle febbri larvate periodiche perniciose. Padova* 1795.

41) Commentatio de febribus intermittentibus semestris hiberni anni 1795—96. Erlang. 1796.

42) De febribus periodum habentibus observationes novae. Vindob. 1797.

43) *Essai sur les fièvres intermittentes. Paris l'an. VI.*

44) *Mémoire sur les maladies en Italie, ou observations sur les fièvres intermittentes des marais. Pavie* 1798.

45) *Observations et reflexions sur les fièvres intermittentes et remittentes malignes de l'automne. Vitry l'an. VI.*

46) *Bemerkungen über das Wechselfieber, mit Hinsicht auf Herrn Hofrath* Marcus *Abhandlung über diesen Gegenstand, in* Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 15. *B.* 3. *St.* p. 1. Idem: *Zusatz zu meinen Bemerkungen über das Wechselfieber.* 20. *B.* 3. *St.* p. 21.

47) Commentatio medica sistens historiam febris intermittentis malignae quae a. 1800 Philippsburgi saeviit. Würceb. 1801.

48) *Recherches et observations pour servir à l'histoire des fièvres intermittentes. Paris* 1803.

CHARD[50]), J. L. ALIBERT[51]), P. A. COLOMBAT[52]), H. FR. TRUMPH[53]), AUDOUARD[54]), F. J. C. SEBASTIAN[55]), J. B. MEGE[56]), J. B. TH. BAUMES[57]), FR. PUCCINOTTI[58]), BUSCAGLIONI[59]) et J. R. L. KIRKHOFF[60]). De auctoribus, qui singulas doctrinae febrium intermittentium partes illustrarunt, debitis locis sermo fiet.

Divisio. 4. Ut vero doctrina haec debito ordine exponi queat, oportet febres intermittentes dividere:

49) *Notice sur les fièvres pernicieuses, qui ont regné épidémiquement à Bordeaux en* 1805. *Paris* 1805.

50) De insidiosa quarundam febrium intermittentium natura et de illarum curatione variis experimentis illustrata. Lugd. Bat. 1807.

51) *Traité des fièvres pernicieuses intermittentes. Paris* 1809.

52) *Mémoire sur une épidémie des fièvres intermittentes adynamiques. Paris* 1809.

53) *Ueber die Wechselfieber und ihre Heilart. Wien* 1810.

54) *Nouvelle thérapeutique des fièvres intermittentes. Paris* 1812.

55) *Ueber die Sumpfwechselfieber im Allgemeinen und vorzüglich diejenigen, welche in Holland epidemisch herrschen. Karlsruhe* 1815.

56) *Description d'une fièvre intermitt. épidémique. Paris* 1822.

57) *Traité des fièvres intermitt. et des indications qu'elles fournissent pour l'usage du quinquina. Montpell.* 1823.

58) *Storia delle febbri intermittenti di Roma. Urbino* 1824. 2 *Vol.*

59) *Saggio sulle febbri intermittenti. Torino* 1824.

60) *Considérations pratiques sur les fièvres intermittentes avec des avis sur les moyens de s'en préserver dans les localités humides et marécageuses. Amsterd.* 1825. 8.

dere: 1° in *manifestas* et *larvatas;* 2° in *benignas* et *perniciosas;* et 3° in *regulares* et *irregulares.*

## §. XXII.

### *Febres intermittentes manifestae.*

1. *Febres intermittentes*, quae *evidenter* propria febrium intermittentium symptomata prae se ferunt, *manifestae* dicuntur. Febres hujusmodi paroxysmum exhibent raro[1]) ultra duodecim horarum curriculum protractum, compositumque ex *stadiis: frigoris*, *caloris* et *sudoris;* quod ultimum stadium *apyrexia* excipit. Definitio. Stadia.

2. Praegressis nempe aut desideratis symptomatibus prodromis febrium (inter quae febres intermittentes hinc inde peculiaria prorsus exhibent[2])), aeger magis magisque languet, pallescit, solem Stadium frigoris.

1) Vidi tamen plus vice simplici fere ad *nychthemerum* protractos. Paroxysmum *septuaginta duarum horarum* conspexit Velsen (Horn's *Archiv f. med. Erfahr.* 1811. *Nov.* p. 447). Allen (*Kurzer Inbegriff der ganzen Medicin.* 1. *Kap.* 31. *Artic.*) febrem intermittentem observavit, cujus paroxysmi per *integram hebdomadem* durarunt, hebdomade altera apyrexiae concessa, et sic alternatim. Morbus hic cinchonae ope sanatus fuit. Benivienus (De abditis morbor. caussis. Cap. 81.) de febre intermittente narrat, quae paroxysmos ad *quindecim dies* prolatos habebat.

2) E. c. digitos et metacarpum manus dextrae flavo colore notatos (Strack referente Trnka l. c. §. 46.); — perceptionem frigoris circa umbilicum (Coliny l.

solem aut ignem quaerit. Mutatur faciei forma. Accedunt oscitationes, capitis ac saepe lumborum vel artuum dolores, patiturque aeger ac si ipsius membra, quotquot sunt, fracta essent. Ungues et labia, nonnunquam nasus[3]) quoque, livent, cutis anserina fit, et maculis interdum caeruleis, peticulis haud absimilibus[4]), notatur. Sed en jam *frigus*[5]) (thermometro, quandoque calorem auctum indicante[6]), raro confirmatum), a lumbis per spinam assurgens, pectus circumdans, totumque tandem corpus complectens. Imminuitur corporis volumen, ita ut annuli de digitis cadant. Aeger tunc lecto se committit, seque stragulis etiam ultra caput circumtegit. Concutitur tota machina, idque, praesertim in infantibus, aliquando convulsive[7]). Strident dentes, imo apud senes unus alterve eorum interdum expellitur[8]). Sitis ita aegrotum excruciare solet, ut remo-

c. §. 22.), dolorem oculi dextri (Riedlin Lin. med. ann. VI. Mart. obs. 22.); — alvi profluvium (J. A. Limprecht in act. Acad. Nat. Cur. Vol. II. p. 313.) etc.

3) Senac referente Trnka l. c. 3. *Kap.* §. 20. p. 40.

4) Störk Ann. med. p. 167.

5) Walther diss. de frigore et febris intermittentis accessione. Lips. 1740.

6) Haen ratio medendi P. II. c. 10. p. 163. P. IX. c. 1. §. 3.

7) Ephem. Nat. Cur. Dec. II. a. 10. obs. 199.

8) Wilson Op. cit. V. I. p. 81. Not.

remotum vix ab ore poculum jam iterum expostulet. Qui potum avide nimis ingurgitat, vomit. At *vomitus*[9]) etiam sine hac caussa apparet. Res ejectae nunc bile, nunc fluido diaphano insipidoque constant. Emesin anxietas, ventriculi pondus, nec non nausea praecedunt. Hypochondria tenduntur, lienis moles non raro augetur. Pulsus interea admodum creber, irregularis, contractus, minimus, vix aut ne vix quidem aliquando tactui obvius, interdum tamen lentus[10]). Respiratio brevis, anxia, suspiriosa; loquela interrupta. Tussicula sicca interdum ita continuo urget, ut ne verbum quidem aeger proferre possit[11]). Perturbantur ideae, vel rapida earum successio occurrit; aliquando potius sopor conspicitur. Sensuum, praesertim tactus, officium nonnunquam pervertitur aut deletur. Exsiccantur ulcera. Mammae nutricum arescunt. Econtra urina aquosa, copiosa, interdum viridis[12]), rubra[13]), cum frequenti eam

9) Stahl diss. de vomitu praecipuo febrium intermittentium symptomate. Erf. 1730.

10) B. Brendel opusc. mathem. et medic. argument. P. II. Diss. 11. febr. part. §. 1. P. I. Progr. 22. de pulsu febrium Comment. I. §. 7.

11) Singularis haec scena mihi in Principe Lithuano A. R. anno 1805. obvenit. Cfr. R. Buchhave observationes raro in praxi obvenientes. Obs. 2. in Actis R. soc. med. Havniensis. T. II. p. 400.

12) Fr. Paullini in Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 9. obs. 193. Bonet med. sept. collat. L. III. Sect. 29. Cap. 21.

eam deponendi desiderio. Fertur et sperma, pene erecto, cum dolore ejaculatum fuisse[14]), et testes etiam aliquando doluisse[15]). Stadium frigoris nunc ad dimidium horae, plerumque ad duas, interdum ad quatuor, quin imo ad sex[16]) horas protrahitur. Tandem frigus, sensim sensimque, non sine grata sensatione, evanescit.

Stadium caloris.

3. Extincto frigore cutis universa *aestu*[17]) et rubore suffunditur. Aeger in stragulis rejiciendis et pedibus denudandis intentus. Augetur corporis volumen. Caput vehementer dolet. Nihilominus sensuum et cerebri functiones acuuntur, quod praecipue de imaginatione et memoria valet[18]). Aegroti, systemate nervoso praeter modum excitabili instructi, saepe in vaniloquia, et tendinum subsultus incidunt. Infantes potius soporosi fiunt, aut somnum imaginibus terrificis stipatum experiuntur.

p. 928. A me quoque *urinam viridem* in aegrotis, febre intermittente laborantibus, qui cinchonam, mihi sub nomine *Quajanae* traditam, sumebant, visam esse, ex nota ad p. 62. primae editionis hujus operis elucet. De imperio cinchonae in secretionem urinae legatur Rubini in *Memorie della società italiana.* 1799.

13) Tizeau l. c.

14) Hufeland's *Journal* etc. *IX. B.* 3. *St.* p. 19.

15) Heberden, Commentarii de morborum historia et curatione. Recudi curavit Soemmerring. 1804. p. 140.

16) Haen l. c. P. IX. C. I. §. 3.

17) Neifeld de genesi caloris febrium intermittentium. Lips. 1744.

18) Reil, op. cit. Tom. I. p. 45.

riuntur. In genere patientes rumorem et lucem aegre ferunt. Oculi micant, pulsantque undique cum impetu arteriae, inprimis carotides et temporales. Sanguis e naribus saepe manat. Aegroti haemorrhoidibus simul obnoxii in variis corporis partibus congestionum indicia experiuntur. Pulsus plerumque minus frequens quam sub stadio frigoris atque regularis, sed fere semper plenus et durus. Respiratio, in aegro saltem pulmonibus sanis dotato, libera quidem, sed anhelans. Os siccum. Sitis continuat, crescit imo cum potus aciduli desiderio. Alvus clausa. Urina pauca, ignea, cum ardore nonnunquam deposita. Elapsis duabus, tribus, vel et octo interdum horis calor simul cum ceteris symptomatibus decrescit. Pulsus interea fit undosus et mollis.

4. Hoc ipso tempore *sudor*, ad pudenda atque axillas incipiens, frontem et tandem universum corpus cooperiens, vaporosus, calidus, in aegrotis arthriticis, scorbuticis, plicosis, aut cuti candida crinibusque fulvis instructis, odore specifico, fere acidulo praeditus, (saporem aliquando habens muriatis ammoniae[19]), copiose prorumpit. Oritur dormiendi desiderium. Alvus clausa, urina pauca vel nulla. Sudor ab una ad tres circiter horas protrahitur, decrescente semper magis magis-

Stadium sudoris.

19) Sebastian l. c. Idem Mursii observationem refert, quae testatur sudorem hominum febre intermittente laborantium nonnunquam in crystallos abire.

magisque febre, donec ea tandem omnino evanescat.

Stadium apyrexiae.

5. Ingruente ita *stadio apyrexiae* pulsus, saltem dum aeger decumbit, si celeritatem nonnunquam excipias, nil morbosi offerre solet. Cutis si tangatur, amoenam subfrigidamque, peculiarem admodum, nec facile verbis designandam temperiem exhibet. Interdum levi sudore adhuc cooperitur. Urina quoad copiam normalis sed spumosa, post quandam moram utplurimum pelliculâ, simul recipientis lateribus adhaerente, obduci, atque aut sedimento sive lateritio[20]), sive puriformi, aut rubecula instrui solet. Aeger serenus, screator factus, ac, si alioquin fuerat sanus, sensum secundae valetudinis, praecipue, mutatis a sudore madefactis linteis, experitur. Verum dum lectulum deserit, utplurimum mox capitis gravedinem et debilitatem percipit. Non raro gustus depravatus, halitus male olens, appetitus deletus, oculi subflavescentes. Habitus corporis cachecticus evadere, speciale aliquid, quod experto plerumque latentem morbum primo oculi ictu patefacit, exhibere solet. Circa labia frequenter pustulae

20) Sedimentum lateritium, cujus primum ut symptomatis febrium intermittentium meminit SYDENHAM, non adeo constans esse, ut vulgo creditur, observarunt praeterea F. J. LAUTER histor. med. biennalis morbor. rural. C. 14. p. 173. — CHR. WEBER obs. med. fasc. I. obs. 10. §. 21. et nota. — HUXHAM opp. T. I. p. 103. — STÖRK ann. med. II. p. 172.

lae apparent (*Hydroa febrilia*)[21]. Hydroa hujusmodi et ad volas manuum, psorae instar, prorupisse, vidimus. Duratio apyrexiae, pro vario febris typo, varia; de qua re infra.

## §. XXIII.

*Febres intermittentes larvatae.*

1. *Febres intermittentes larvatae*[1]) eae sunt, quae sub forma alterius morbi apparent, quum tamen et ob originem, et ob decursum, et ob medendi rationem, ad febres intermittentes spectent. Definitio.

2. Febribus intermittentibus *larvatis*, nemine, ni fallimur, praeeunte, *febres subcontinuas* adnumeramus: idque jure, quum eae sub larva alterius morbi, febris videlicet continuae obveniant. Febris istiusmodi antiquis passim nomine *semitertianarum*, vel *hemitritaearum* salutabantur[2]). Febris subcontinua.

Hodie-

21) Vid. Part. II. Sect. II. hujus Voluminis. Cap. de Hydrois.

1) Kemme diss. de febrib. nervos. et interm. larvatis 1786. — Delabigne *diss. sur les fièvres intermittentes larvées. Paris* 1806. — D. Craanen diss. de genuino febrium intermittentium larvatarum charactere, illarumque peculiari indole. Lugd. Bat. 1806.

2) Goldhagen diss. de febris hemitritaeae antiquitatibus. Halae 1782. — Et Puccinotti (l. c. *Storia* p. 279.) ait: „. . . *noi non dubitiamo punto di collocare l'emitriteo tra le perniciose del suolo romano: e se molte febbri non andassero sotto il nome generico di terzane doppie o di subintranti o di succontinue, se altrettante non ne venissero commodamente rilegate tra le*

Hodiedum iis nomen *subcontinuarum Tortii* impertitur, propterea quod *Tortius* [3]) primus fuit, qui hoc morborum genus ad febres intermittentes pertinere et illarum instar curandum esse patefecit. Ingruunt febres *subcontinuae* veluti intermittentes, et eodem pacto curriculum suum absolvunt. At quum ad apyrexiam pervenerit, febris nequaquam in totum cessat, sed tantum decrescit, ita nempe, ut loco apyrexiae, *remissio* solummodo morbi habeatur, donec novus paroxysmus exacerbationem simulans, advenerit. Paroxysmus hic plerumque levi horripilatione aegrum aggreditur; sequuntur calor, et plus minusve sudor. Nova apyrexia, seu remissio, ut plurimum antecedente minus evidens est, adeo, ut morbus, quo magis ingravescit, eo magis adspectum febris continuae exhibeat.

Aliae larvatae.

3. Nonnunquam autem febres intermittentes tali pacto reconditae sunt, ut, excepto aegritudinis decursu acuto, ne formam quidem *febris* offerant, sed *sub larva alterius cujusdam morbi*, in conspectum se prodant, ita tamen, ut alternatim ex paroxysmis et ex intervallis plus minusve liberis, componantur. Morbi, sub quorum forma febres hujusmodi intermittentes saepius latent, sunt:

*putride e le maligne, gli emitritei sarebbero forse anche oggidì frequenti a Roma nell' autunno come lo erano per lo passato.*"

3) l. c.

sunt: odontalgia, ophthalmitis, amaurosis, cephalalgia, neuralgia facialis, apoplexia, asthma, catarrhus, epilepsia, mania, vomitus, lumbago, ischias, metrorrhagia aliique mox recensendi.

## §. XXIV.

*Febres intermittentes benignae et perniciosae.*

1. Febres intermittentes, tum manifestae, tum larvatae, nunc leviter sine ullo vitae periculo decurrunt, nunc modo contrario. Illae *benignae*, hae *perniciosae* vocantur. En interea istarum conspectum: plenam enim doctrinam pro tractatibus illorum morborum, qui febrium intermittentium larvam induere queunt, reservamus [1]). Divisio.

2. *Febres intermittentes perniciosae* triplicis sunt generis: 1) nunc enim morbus solummodo in uno alterove ex consuetis paroxysmi febris intermittentis stadiis ita viget, ut vita periclitetur, v. c. dum in stadio frigoris aeger cadaveris instar riget, in stadio caloris quasi comburitur, in eo sudoris diffluere videtur (*Febris intermittens perniciosa algida, lipyria, diaphoretica*); 2) nunc consueta stadia paroxysmi non terrent, sed ipse paroxysmus perniciem minatur, supervenientis cujusdam alieni symptomatis caussa, v. g. comatis, sternutationis, vertiginis, paralyseos, convulsionum, De feb. int. perniciosis in specie.

1) Sic in tractatibus de dolore capitis, de apoplexia, de epilepsia etc. de febribus intermittentibus perniciosis cephalicis, apoplecticis, epilepticis etc. quaestio est.

num, proventus pediculorum, dolorum capitis, ventriculi, abdominis, artuum, aphoniae, anginae, hydrophobiae, respirandi difficultatis, tussis, vomitus, fluxus dysenterici, cholerae, haemorrhagiae narium, pulmonum, uteri, peripneumoniae, scorbuti, peticularum, urticariae. (*Febris intermittens perniciosa comatosa*, *sternutatoria*, *vertiginosa*, *paralytica*, *convulsiva*, *phthirisiaca*, *cephalica*, *cardialgica*, *colica*, *arthritica*, *aphonica*, *anginosa*, *hydrophobica*, *asthmatica*, *catarrhosa*, *emetica*, *dysenterica*, *cholerica*, *epistaxica*, *pneumonorrhagica*, *metrorrhagica*, *peripneumonica*, *scorbutica*, *petechizans*, *urticata.*); 3) nunc paroxysmus, consuetis febrium intermittentium symptomatibus orbatus sub forma gravissimi alterius morbi apparet, v. c. apoplexiae, epilepsiae, maniae, fatuitatis, amauroseos, tetani, (*Febris intermittens perniciosa apoplectica*, *epileptica*, *maniaca*, *fatua*, *amaurotica*, *tetanica*). Hoc ultimum febrium intermittentium perniciosarum genus ad febres intermittentes *larvatas* pertinere, cetera ad *manifestas*, vix opus est animadvertere.

## §. XXV.

*Febres intermittentes regulares et irregulares.*

Febr. int. in regulares et irregulares dividuntur.

1. Paroxysmi et libera intervalla febrium intermittentium tum manifestarum, tum larvatarum, tum benignarum, tum perniciosarum, nunc *cum ordine*, nunc *sine eo* sibi invicem succedunt. Di-

vidun-

viduntur hac de caussa febres intermittentes in *regulares* et *irregulares* sive *anomalas*[1]).

2. *Febres intermittentes regulares* dividuntur in *simplices* et *compositas*[2]). Ad *simplices* spectant: Feb. int. regulares.

a) *quotidianae;* quae omni nychthemero semel curriculum suum absolvunt.

b) *tertianae;* quae alternis diebus paroxysmum, die vero intermedio apyrexiam exhibent.

c) *quartanae;* quae quarta quaque die paroxysmum, duo vero nychthemera apyrectica offerunt.

d) *quintanae;* quae omni quinto die paroxysmo instruuntur, concessis tribus diebus apyrexiae. Eadem ratione *sextanae*[3]), *septimanae*[4]), *octa-*

1) Observationes huc spectantes occurrunt apud Riedlinum (obs. med. Cent. III. obs. 74. p. 394. et Lin. med. A. II. Junii obs. 1. p. 257.), Forestum (Lib. III. obs. 44. 45.), Boerhaavium (consultat. med. Vol. II. cas. 3.) et J. Lanzonium (*observations sur divers cas de fièvres intermittentes anomales;* in *Annales de la société de médecine de Montpellier. T. II.* p. 273).

2) Vranex diss. de febribus intermittentibus compositis. Loew. 1793.

3) Schenk obs. med. Lib. VI. de raro febris typo. Obs. 2. — Zeviani *nuovo fonte di pronostici. P. I.* — Ephem. Nat. Cur. Cent. VIII. obs. 10.

4) Hippocrates epidemic. Lib. I. Sect. 3. text. 2. — Rhodius Cent. I. obs. 18. — J. Spon obs. de febr. quaest. 9. apud Nigrisol. p. 248. — Boerhaave apud

*octanae* [5]), *nonanae* [6]) definiuntur, ne de febribus intermittentibus dicamus, quae, ut narrant, habuerunt paroxysmos redeuntes *die decimo* [7]), *decimo*

SWIETEN comment. ad Aph. 746. — MORGAGNI de sed. et caus. morbor. Epist. XLIX. W. HARRIS in *Philadelphia Journal of the medical and physical sciences. By* CHAPMAN. 1822. *Vol.* 4.

5) AE. CAPRILIUS de febr. putrid. L. II. — J. SPON l. c. — AMATUS LUSITANUS Cent. VII. curat. 5. — ETTMÜLLER Opp. T. II. P. I. Colleg. pract. prax. spec. Lib. I. Sect. 15. C. 2. (Omni die veneris vespere), PAULINI Eph. Nat. Cur. Dec. II. A. 5. Append. obs. 64. (die veneris mane, sicque ultra duos menses), BALLONIUS Epidem. et ephem. Lib. II. Constitut. vernalis et aestiva. 1576. §. 4. — HAGENDORN Cent. II. obs. 57. — RAZOUX *tables nosologiq. depuis le premier juin* 1757. *jusqu'au janvier* 1762. — S. SCHULZE Eph. Nat. Cur. Dec. I. A. 4 et 5. obs. 7. (quinque paroxysmi omni octavo die, iisdem symptomatibus, eademque horâ, excepto ultimo paroxysmo qui anticipaverat) — HAEN divisio febrium. 4. divisio (quatuor paroxysmi) — WERLHOFF obs. de febrib. p. 269. — TISSOT *avis au peuple C.* 18. §. 25. (omni die dominico).

6) HIPPOCRATES epid. L. I. Sect. 3. Text. 2. — ZACUTUS LUSITANUS prax. med. Lib. III. obs. 34. (duos annos durans in viro quinquagenario) — WERLHOFF l. c. (sex paroxysmi in puella duodecim annorum scrophulosa).

7) ZACUTUS LUSITANUS l. c. (per duos annos in viro sexaginta annorum) — GILBERT comp. de febr. Lib. I.

*decimo quinto*[8]), post *mensem*[9]), *tertium mensem*[10]), *annum*[11]) et *triennium*[12]). Ad febres intermittentes *compositas* pertinent:

a) *quotidianae duplices;* quae duobus paroxysmis intermedia apyrexia nychthemeri spatio stipantur[13]).

b) *tertianae duplices;* quae quidem quotidie paroxysmo uno instructae sunt, sed ita, ut paro-

8) Nic. Florentinus Tract. II. Summ. 4. Dist. 5. Cap. 9. — Rhases v. Forestum Lib. III. obs. 43. Schol. p. 170. — Ballonius l. c. §. 34. — Nigrosol l. c. (decem accessus in femina). — Werlhoff l. c. p. 270.

9) Riedlin Lin. med. a. VI. Decembr. obs. 25. (in puella necdum menstruata), Paulini Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 5. Append. obs. 64. (exemplum proprii patris), Werlhoff l. c. — Accessus febriles determinatâ ante novilunium die pluries redire vidi, in infantibus vermibus obnoxiis, quin tamen morbus ad febres intermittentes pertinuerit.

10) Ballonius l. c. §. 14. et constitut. aestiv. a. 1578. p. 164.

11) C. Plinius secundus Lib. I. cap. 51. et Valer. Maximus L. I. cap. ultimo. (de Poeta Antipater Sidonio, qui omni anno die natalitio febre laborabat) — Amat. Lusitan. Cent. VII. curat. 75. Schol. (die natalitio). — J. Lanzoni Eph. Nat. Cur. Dec. III. a. 1. obs. 21. — Ballonius l. c. Haen l. c.

12) Borellus obs. med. phys. Cent. II. obs. 100.

13) Bis quotidianam duplicem observavi: viderunt et Samuel Vogel (*Handbuch* p. 37), Lauterus (Historia medica biennalis morbor. rural. p. 7), Burserius (l. c. §. 136.), J. P. Frank (l. c. p. 43) etc.

paroxysmi alternis diebus sibi similes sint, relate scilicet vel ad tempus, quo invadunt, vel ad vim, qua saeviunt, vel ad apparitionem cujusdam symptomatis, uni tantum paroxysmo alternis diebus proprii, vel relate ad singula simul [14]).

c) *tertianae triplices;* quae prima et tertia die duos paroxysmos, secunda et quarta, unum tantum exhibent [15]).

d) *tertianae quadruplices;* quae quotidie duos paroxysmos inter se alternis diebus respondentes, prae se ferunt [16]).

e) *quartanae duplices;* quae prima et secunda, quarta et quinta die paroxysmis, tertia autem die apyrexia stipantur, tali modo, ut primus paroxysmus quarto, secundus quinto respondeat [17]).

f) *quartanae triplices;* quae quotidianae fere instar, singulis diebus accessiones habent, tali autem ratione, ut primus paroxysmus respon-

14) Vulgatissimi typi exempla enarrare supervacaneum foret.

15) Galen. de crisibus. Lib. II. c. 9. — Panaroli Pentec. I. obs. 34. — Schenk Lib. V. obs. 12. — Forest. l. c. obs. 5.

16) Tulpius in observat. med. Lib. IV. c. p. 46.

17) Vulgaris haec febris intermittentis forma a Foresto (Lib. V. obs. 910.) et in Ephem. Nat. Cur. Dec. I. a. 9. 10. obs. 40. describitur.

respondeat quarto, secundus vero quinto, tertius sexto [18]).

A typo febrium intermittentium *duplici*, ille, qui *duplicatus* [19]) dicitur, probe distinguendus. Est enim

g) *febris tertiana duplicata* ea, quae paroxysmos duos, alternis diebus, diem vero a febre liberum intermedium offert [20]). Ita:

h) *quartana duplicata;* quae omni quarto tantum die duos paroxysmos prae se fert; et

i) *quartana triplicata;* quae prima die tres exhibet accessus, totidem septima, decima: diebus intermediis a febre liber est aeger. Paroxysmi vero ejusdem diei inter se non sunt similes, sed sibi quarta quavis die eodem ordine respondent.

Et exempla *complicationis* febris intermitten-

 tis

18) Galenus de praenotione c. 2. — Zacutus Lusitanus prax. med. Lib. IV. hist. 35. — Panarolius Pentec. II. obs. 25. — Bartholinus hist. anat. rara. Cent. I. hist. 95. Forestus l. c. obs. 11. Schenk l. c. Obs. 11.

19) Etiamsi Galenus febrium intermittentium typos accuratissime distinxerit, haec tamen, de qua agitur, distinctio illum latuit. Debetur ea Sauvagesio (Nosolog. method. T. II. P. I. Class. 2. ord. 3.). Germ. *doppeltes* (duplex), *verdoppeltes* (duplicata) *Fieber*.

20) Riverius Cent. IV. Obs. 16. Amatus Lusitanus Cent. I. p. 6.

tis *quintanae* cum *tertiana duplici*[21]) et *quotidianae* cum *septimana*[22]) describuntur.

Febres int. irregulares et anomaliae.

3. *Febres intermittentes irregulares* nullam constantem rationem inter paroxysmorum et apyrexiarum decursum exhibent. Porro in ipsis febribus intermittentibus regularibus, *anomaliae*[23]), memoratu dignae, obveniunt. Spectat huc *inversio stadiorum*[24]). Sic illud frigoris aliquando desideratur, paroxysmo immediate cum calore ingruente. Quandoque frigus post calorem, nullo comparente sudore apparet[25]). Interdum sudor scenam aperit, subsequente frigore[26]). Alias sudoris, ut conspeximus, loco, diarrhoea praesto est. Et stadium caloris in apyrexiam transivisse vidimus, quâ versus finem vergente, sudor, frigori novi paroxysmi alligatus, prodiit. Ad anomalias quodammodo pertinent etiam febrium intermittentium paroxysmi, qui *unam* dumtaxat *corporis humani partem aggrediuntur*, videlicet faciei

21) Panaroli Pentec. obs. 30.

22) Hufeland *Journal* V. 1. p. 45.

23) E. R. Camerarius diss. de febre intermittente anomala. Tüb. 1792.

24) J. Colla *osservazione d'una febbre intermittente accompagnata d'un ordine insolito di sintomi.* In *Giornale della soc. med. chirurg. di Parma. Vol.* 3. p. 3.

25) O. Borrichius in act. med. Hafn. Vol. III. obs. 37.

26) Schenk Lib. VI. p. 817.

faciei latus[27]), brachium[28]), digitum[29]), crus[30]), et imum ventrem[31]).

## §. XXVI.

### *Necroscopia.*

1. Quum occasionem cadavera hominum febribus intermittentibus directe demortuorum secandi haud simus nacti, eo majori studio aliorum huc spectantes observationes collegimus. Docent istae: *cadaverum superficiem* interdum flavedinem prae se ferre[1]); — *encephalum* aliquando conspicuam seri aut sinceri aut cruenti copiam includere, praesentibus simul notis inflamma- Observationes.

27) P. Bergius in *Abhandlungen der Schwedischen Akademie.* 16. *B.* 4. *Vierteljahr.* (Faciei latus sub somno muro recenter dealbato respondens).

28) Cnöffel Eph. Nat. Cur. Dec. I. a. 3. obs. 205. (Brachium dextrum viri hora septima matutina frigore corripiebatur. Rigebant simul et tremebant partis affectae digiti. Trium horarum spatio elapso, calor ejusdem membri succedebat.) — M. Jacobaeus act. Hafniens. Vol. I. obs. 119 (Casus fere similis.). — Ph. Des-Alleurs *revue médicale, Mai* 1824 (Tremor et stupor brachii dextri omni 3. aut 4. die).

29) J. U. G. Schlegel's *Materialien f. d. St. d. A. W. u. pr. Heilk.* 4. *Samml.* p. 79—83. 2. *Topische Fieber.*

30) Swieten comment. ad aph. 757. — *Medical essays T. I.* p. 295.

31) Auxiron in *Journ. de médecine pratique par Mr.* A. Roux. *T.* 24. p. 60.

1) Puccinotti l. c. p. 148. (*Il cadavere . . . mostrava in tutta la superficie esterna una tinta subitterica*).

flammatoriis meningum [2]); — *cerebrum* esse modo immune (etiamsi sub morbi praevii decursu caput valdopere affectum fuerit [3])), modo collapsum, molle, cum sero multo in ventriculis lateralibus [4]), modo compactum una cum cerebelli medulla, punctis rubris notatum, meningibus inter se morbose adcretis earumque vasis sanguiferis dilatatis [5]), modo varicibus notatum [6]); — *colum-*

2) Mianowski in *Pamiętnikow towarzystwa lekarskiego Wileńskiego. T. I.* (Magister gymnasii Vilnensis a. 1811. gravi febre intermittente laboravit, cui lethalis mania successit. Secto cadavere, hydrocephalus acutus, socia inflammatione chronica meningum, comparuere). Puccinotti l. c. p. 34. 148. (Similes observationes post febrem intermittentem cephalalgicam et lethargicam).

3) Senac op. c. Lib. I. cap. 23. („Caput insons reperitur, licet nonnunquam gravissimis torqueatur doloribus"); Casimir Medicus op. c. 2. *B.* 3. *Kap.* §. 102. (Secto cranio hominis, apoplexia periodica trucidati, cerebrum sanissimum invenit); Puccinotti l. c. (Post febr. intermitt. perniciosam lethargicam vix morbosi quid in encephalo detegere potuerat).

4) Puccinotti l. c. p. 149 (Praevia febr. inter. cum emprosthotono).

5) Puccinotti l. c. (Post febr. intermitt. pernic. tetanicam).

6) Lancisius de noxiis paludum effluviis Lib. II. cap. 6. §. 5. (De epidemia Romana a. 1695. disserens post febres intermittentes perniciosas comatosas et apoplecticas, inquit, „cerebrum *frequentibus varicibus* et plerumque sanguineo sero intra corticis sulcos effuso

*columnam vertebralem* quandoque easdem prorsus ac encephalum notas morbosas patefacere, idque nonnunquam majori in gradu 7); *pulmones* et *cor* saepe sanguine aggravari 8); — *pericardium* pluries

deprehensum fuit."), Puccinotti l. c. p. 148. (Cadaveris feminae febr. int. pernic. phrenetica necatae rationem reddens ait: „*j piccioli vasi sanguigni che scorrono sulla pia madre e sulla parte inferiore del cervello erano* i n g o r g a t i. *Sotto la pia madre eravi pure del siero rossigno nelle diverse sinuosità cerebrali, e il simile fu trovato ne' ventricoli laterali. J plessi coroidei erano* v a r i c o s i *o vesicolari, sì che li avreste detti un gruppetto di idatidi. La sostanza del cervello e del cervelletto in genere più compatta del naturale. Il processo di flogosi si estendera anche sugl' emisferi del cervelletto. Il tubercolo annulare verso l'origine del quinto pajo, il corpo olivario, e il principio dello spinal midolla erano decisamente infiammati*).

7) Puccinotti l. c. p. 149. (De femina febr. int. pernic. tetanica demortua ait: „*Ma le alterazioni pathologiche maggiori* l e  a s c o n d e v a  l a  m i d o l l a  s p i n a l e. *Una copiosa sierosità sanguinea stagnava fra le membrane ed il corpo della midolla stessa nel suo tratto rinchiuso fra le vertebre cervicali. Vedeasi manifestamente la spinal midolla ricoperta dalla pia madre fatta tutta rosseggiante per la distenzione dei suoi piccioli vasi, e mediante questa membrana, il corpo della midolla era tenacemente aderente: e il detto corpo trasversalmente tagliato mostrò una solidità fuor di natura, tanto nella sostanza bianca esterna in cui vedevansi dei minimi punti sanguigni, quanto nell' interna cinerea.*").

8) Harveus de motu cordis c. 16. („In tertianae febris principio morbifica caussa cor petens, circa cor et

pluries conspicuam seri continere copiam[9]; — *ventriculum cordis dextrum* concrementum fibrosum — albuminosum habuisse[10]; — *cor* fuisse villosum cum polypo racemoso, cujus pedunculus unus parieti sinus dextri venae cavae adhaerebat[11]; — *ventriculum* haud raro flatibus praeter

pulmones quando immoratur, anhelosos, suspirosos, et ignavos facit, quia principium aggravatur vitale, et sanguis in pulmones impingitur, incrassatur, non transit. *Hoc ego ex dissectione illorum, qui principio accessionis mortui sunt, expertus loquor*); Bonet anat. pract. Lib. IV. Sect. I. obs. 29. („. . eorum, qui in paroxysmi febris tertianae initio extincti fuere, *cor et pulmones sanguine aggravati* reperti sunt"); Senac l. c. („At circuitus et respirationis organa, multa ut diximus patiuntur, *sanguine nigro turgent cordis atria et pulmonis vasa;* fit illuvies inter minimos ejus lobos"); Coliny l. c. §. 41. obs. I.

9) Senac l. c. („. . . effusa se prodit aqua in thoracis cavo; *eâ turget in quibusdam pericardium;* id inprimis observatum in iis, qui in maritimis oris febre intermittente confecti occubuerunt).

10) Audouard in *annales cliniques de la société de médecine pratique de Montpellier* l. c.

11) Puccinotti *lettera della flogosi nelle febbri intermittenti perniciose. Urbino* 1823. p. 40 (Praevia febr. intermitt. syncoptica). Nec (quod a classico de morbis cordis scriptore expectari licuit) Senacius cordis in febribus intermittentibus affectiones 'praetervidit. „Sed cordi, inquit, potest inferri vis summa; ventriculi longe fieri possunt ampliores; ut et venae cavae; hinc palpitationes et sanguineae concretiones,

ter modum distensum[12]), hinc inde una cum intestino duodeno phlogosin exhibere[13]), *intestina* nunc tumida, nunc angusta[14]), nunc vermibus referta[15]) esse; — *bilem* copiosam atram undique effusam saepe in conspectum venire[16]); — *hepar* nihi-

quibus obnoxii sunt, qui febrem intensiorem diuturnamque passi fuerunt." Op. c. Lib. I. c. 19. p. 106.

12) Senac l. c. („. . . eo procedit aliquando distensio et irritatio, unde ortum duxit, ut dubitari nequeat, quin inde mors successerit, spasmo scilicet in ventriculi parietibus insurgente multi sublati sunt; vidi homines, qui dum febre liberati viderentur, post coenam, repleto stomacho, fato functi fuerint; in his mire intumescebat pars haec *flatu distenta*, vel aqua turgens, aut ingestis obruta").

13) Sylvius prax. med. append. Tract. X. — Bartholinus hist. anat. rarior. hist. 56.

14) Senac l. c. libr. I. cap. 23. („In intestinis nonnulla observantur, quae febri tribui possunt; saepe, ut diximus, valde tumida sunt, ex eo autem quod intumescant variis in locis, sequitur, quod in aliis *constricta* sunt; varias *angustias* inprimis in intestino colo reperi, atque eo plerumque loco, ubi renem scandit sinistrum, et infra eum demergi videtur, antequam in intestinum rectum abeat").

15) Panarolus Pentec. I. obs. 41. — Lancisi l. c. §. 5. („Intestina autem fere undique sphacelo tentata continebant foedissima excrementa *vermiumque copiam*").

16) Lancisi l. c. §. 2. (Praeviis febribus intermittentibus perniciosis cardialgicis, colicis, cholericis, et dysentericis „ingens, inquit, malorum sedes sub adspectum venit in abdomine, ubi exta pene omnia li-

nihilominus haud semper morbi indicia patefacere[17]); alias apparere albidum, veluti exsangue et maceratum, nonnunquam mole auctum, induratum, glandulisque flavis obsitum, aut sanguine nigerrimo turgens[18]); — *systema venae portarum* eadem aliquando ratione turgere[19]); — *pancreas* interdum laborare hypertrophia, abscessu, obstructione

vida, ac potissimum hepar subfusci, ac *bilis cystica atri coloris* passim occurrunt"); — Senac l. c. („bile turgens et obstructa reperta est vesicula fellea"); — Casimir Medicus l. c. (De aegroto cujus supra (3) memini, sermonem instituens, ait: „*Hingegen war der Magen und die Eingeweide mit einer Menge von Galle gleichsam überschwemmet, und sogar die Häute derselben mit dieser Farbe durchdrungen, ja die benachbarten Theile ebenfalls davon übertüncht*"). — Puccinotti *Storia* etc. p. 148. (De aegra, supra indicata (3), ubi loquitur, ait: „*La superficie delle tenui intestina tutta sporca di bile transudata*").

17) Bianchi hist. hepatica. P. III. C. Medicus op. c. 2. *B.* p. 96. („*Mit diesen Fehlern der Galle aber ist nicht allemal ein Fehler der Leber verknüpft, wie solches einige Neuere behaupten*"); Puccinotti *storia etc. Vol. I.* p. 27.

18) Senac l. c.

19) Senac l. c. („in quibusdam verò venam portam in *tubum amplissimum* abivisse observavi"); Puccinotti *lettera etc.* p. 22. (Post febr. int. pernic. diaphoreticam ait: „*L'apertura del cadavere offerì nel basso ventre tutto il sistema della vena porta turgidissimo di sangue*").

structione et scirrho[20]); — *lienem* in summam aliquando molem excrescere[21]), sanguinis picis instar nigri receptaculum esse, dein in putrilaginem abire, ita, ut quibusdam crepuerit[22]); — *glandulas mesenterii* volumen auctum et obstructionem offerre[23]); — *peritonaei* duplicaturam tumores amplecti[24]) et in genere viscera cuncta abdominalia phlogosin illiusque reliquias nonnunquam manifestare[25]).

2. Ex

20) Senac l. c. („sed mirum profecto non est, in hujusmodi partem incidere obstructiones; cum sanguis per venas hepaticas cursum suum absolvere nequeat").

21) Voigtel *Handbuch der pathologischen Anatomie.* 3. *B.* p. 144. — La Peyre *histoire de la société R. de médecine a.* 1777—78. p. 145.

22) Senac l. c. (Erat mulier quartana laborans neglectâ; cum vero solitis muniis vacaret aegra haec, repente concidit mortua; in dissecto cadavere lienis soluta compages reperta est, multaque sanguinis copia per abdomen effusa).

23) Senac l. c. („Ego vero lustratis his partibus laesas praesertim observavi mesenterii glandulas").

24) Senac l. c. („Concrescunt scilicet liquida stagnantia et in *steatomata* abeunt").

25) A. Spiegelius de semitertiana liber. („In dissectis semitertiana mortuorum cadaveribus, reperi inflammationes ex sanguine bilioso et pituitoso factas circa jecoris cavam partem, in ventriculo, intestinis tam crassis quam tenuibus, mesenterio, omento, liene et saepius in una partium commemoratarum; aut pluribus, *aliquando etiam in omnibus*, quae celeris mortis

Conclusiones.

2. Ex allatis observationibus colligitur, febres intermittentes nulla certa et constantia vestigia in cadaveribus relinquere [26]). Phaenomena itaque morbosa, de quibus anatomia pathologica testatur, potius rerum positionibus adventitiis, quam febribus intermittentibus directe tribuenda sunt. Minoris vero ob id non sunt ponderis. Maxime bilis larga secretio, viscerumque volumen auctum et phlogoses perpendi merentur. Quoad bilem, ne ad illius praesentiam ob solum colorem flavum concludamus, quippe qui saepe ex sanguine, pauca in copia reliquis fluidis mixto oritur. Viscerum volumen auctum (hypertrophia) probe ab obstructione distingui debet. Docuerunt nimirum observationes Reziae [27]) et Soem-

caussa erant, superveniente gangraena vel sphacelo." — „Nullius eorum, qui a semitertiana perierant, cadaver inspexi, in quo pulmones et jecur non male haberent; vel una cum his caput, lien, renes, mesenterium. Intestina magna ex parte inflammata, et in aliqua parte gangraena correpta erant, praesertim, quo loco ileon colo jungitur").

26) „*Imperocchè le cose che per quattro o sei volte reputavamo aver determinato come costanti a indicarci il fondamento su cui fermare il modo essenziale della condizione patologica, venivano poi smentite da ulteriori osservazioni di diversa parte e natura.*" Puccinotti *storia etc.* p. 57.

27) Specimen observat. anat. patholog. Ticini 1784. p. 1—25. Venet. 1802.

Soemmerringii[28]) in lienibus et glandulis mesenterii post febres intermittentes volumine auctis, vasa tum sanguinea tum lymphatica non solum non esse obliterata, sed e contra magis adhuc, quam in statu sanitatis materiae injectionis patula. De phlogosi eo cautius judicandum, quum in febribus intermittentibus, utpote potissimum in regionibus calidis et tempore aestivo lethalibus[29]), putredinis effectus plus, quam in reliquis morbis, in errorem ducere queunt. Postremo non obliviscendum, quod corporis humani loca, quae vigentibus illis febribus maxime affecta cernuntur, non semper in cadaveribus partibus laesis respondere soleant[30]). Has vero hucusque non

28) *Anmerkungen zu* Baillie *über den krankhaften Bau. Anmerk.* 233.

29) „*Poco amica alle sezioni anatomiche è la state, massime nei luoghi caldissimi siccome è Roma; e per quel costume di non poter far passare all' anfiteatro i cadaveri se non scorse le ventiquattro ore, le carni non resistono al coltello, e le tele minute delle membrane e di alcuni vasi trovansi già alterate da putrefazione, e le viscere talvolta le trovi come spappolate.*" Puccinotti *lettera etc.* p. 55.

30) „. . . *per esempio nella letargica a apoplectica aver trovato le parti della cavità del cranio in istato normale, e invece affette, ma non proporzionatamente quelle dell' abdomine; nelle catarrali, pleuritiche, dispnoiche aver visto talora entro al torace non esser lesione organica sufficiente.*" Puccinotti *lettera etc.* p. 43. — Contrarium quidem contendit Bailly (*Nouvelles recher-*

non omnibus in partibus accuratissime perlustratas fuisse, libenter concedimus[31]).

## §. XXVII.

### *C a u s s a e.*

Paludosae regiones

1. Paucae sane inveniuntur regionis[1]), quae febres

*ches physiologiques sur les fièvres intermittentes pernicieuses, fondées sur des observations d'anatomie pathologique, faites à l'hôpital de Saint-Esprit à Rome, communiquées à l'institut R. de France à la séance du* 29. *Decembre* 1823); at illius observationes nimis Broussaisi systema redolent, ut illis caeca fides tribui possit. Alioquin peregrinatorum observationes circa morbos endemicos regionum extranearum parum valere, ex illis respectu ad plicam polonicam a Gallis jactatis satis superque intellexi.

31) „*Che a dare grandi rischiarimenti alla patologia delle febbri perniciose sarebbe bisognato seguire oculatissimamente i vasi linfatici, e i filamenti nervosi del sistema spinale e simpatico, entro i quali sistemi è forse riposto quel non so che di occulto, che determina il genio di quei primi movimenti specifici di dette malattie.*“ Puccinotti *storia etc.* p. 56.

1) Bontius asserit, se in India orientali nullas febres intermittentes indigenas vidisse (de method. medend. in India orientali. Lib. V. cap. 14. 15.). Idem testantur de promontorio bonae spei — Kolbe (*Vollständige Beschreibung des Afrikanischen Vorgebirges der guten Hoffnung.* p. 537.), de insula St. Thomae — Detharding (diss. de morbis advenas in America vexantibus. a. 1745), de Siam — de la Loubère (*description du Royaume de Siam*), de Islandia — Anderson (*Nachrichten von Island und Grönland* p. 166.), de regione

febres intermittentes, saltem sporadicas et inprimis vernales, interdum non exhibeant. Attamen procul dubio vera hujus morbi incunabula sunt regiones paludibus abundantes, idque praesertim tempore aestivo et autumnali 2). Sub paludum autem nomine veniunt non solum aquarum perpetuae

feb. inter. incunabula.

Andreaemontana — Linkvogel (diss. de febre intermittente in regione Andreaemontana exule. Gotting. 1747.), deque nonnullis Sueciae locis — Linnaeus (amoenitates acad. Vol. I. Diss. I. Hypothesis nova de febrium intermittentium causa. §. 7. et Murray *med. prakt. Bibliothek* 3. *B.* 12. *St.* p. 40.), qui narrat, quod adventante in unum illorum locorum (Hernesandiam) aegro, febre intermittente laborante, pueri, ut miraculum viderent, quo pacto quis media aestate frigus experiri possit, e schola aufugerunt.

2) Lancisi de noxiis paludum effluviis. Genev. 1718. — G. Blane *facts and observations respecting intermittent fevers, and the exhalations which occasion them.* in *medico-chirurgical transactions T.* 3. p. 1. Koreff de regionibus Italicis aëre pernicioso contaminatis. Berol. 1817. S. M. R. Girard *observations sur la vallé d'Egypte et sur l'exhaussement séculaire du sol qui la recouvre. Paris* 1818. Fournier et Bégin in *dict. des sciences médicales art. marais.* Brocchi *dello stato fisico del suolo di Roma. Roma* 1821. — Ferguson in *Philadelphia Journal of the medical and physical sciences. Nov.* 1823. — J. S. E. Julia *recherches historiques, chimiques et médicales sur l'air marécageux. Paris* 1823. — Monfalcon *histoire des marais et des maladies causées par les émanations des eaux stagnantes. Paris* 1824.

petuae stagnationes, sed vel eae fortuitae, quae inundationum sive pluviarum immodicarum caussa nascuntur, aut quae originem trahunt ex aquis in fossis urbium, praecipue munitarum, vel in campis, oryzae culturae dicatis, nec non in pratis, aut absconditis nemorosis locis, utut montanis[3]), stagnantibus, aut saltem imperfecte et lente defluentibus.

Quo pacto febr. inter. producant.

2. Quaeritur autem, quo pacto paludes febres intermittentes gignant, scilicet[4]) an atmosphaeram oxygene spoliando? an humiditatis caussa? an ob effluvium specificum, aërem inquinans?

An ob oxygenii defectum?

3. Quum paludes gaz hydrogenium azoto nuptum exhalent, suspicari hinc liceret, debitam proportionem inter partes atmosphaeram constituentes, ita perverti, ut oxygenii defectus inde oriatur. At contrarium docent experimenta ope eudiometri, a summo in rebus physicis magistro, Alexandro Volta, suscepta. Observavit nempe illustris vir, atmosphaeram in locis omnino paludosis,

3) Quum a. 1791. mense Julio cum Patre meo montem St. Gothardi adscendissem, mirati sumus, eo loco febres intermittentes occurrere. Ast postquam Monachus, montis illius fastigium inhabitans, paludes circa origines Rheni et Ticini obvias, nobis indicaverat, res jam non amplius mira videbatur.

4) Varronis (de re rustica. Lib. I. cap. 12.) opinionem, paludes ob insecta, quibus abundant, sanitati insidias struere, utpote omni probabilitate, relate ad febres intermittentes, destitutam, silentio praetereo.

dosis, ac maxime evolutioni febrium intermittentium faventibus, debitam consuetamque azotum inter et oxygenium rationem exhibuisse. Corruunt igitur opiniones illorum, qui paludum noxas repetebant vel e connubio gaz hydrogenii, carbonici [5]), azotici et ammoniacalis [6]); vel e hydrogenio carbonato [7]); vel ex oxydo-nitroso [8]), vel ex septono oxygenato [9]).

An ob humiditatem?

4. Humiditatem in producendis febribus intermittentibus magni momenti esse, clare ex eo patet, quod febres hujusmodi praecipue in locis humilibus et humidis endemicae sint, quod praesertim post pluvias multas, et vigente nebulosa tempestate epidemice grassari soleant [10]), quodque inprimis eos invadant homines, qui circa occasum solis, quo tempore vapores, in atmosphaera prius radiorum solarium ope soluti, praecipitantur, aëri libero, non satis tecti, se exponunt. Attamen, quo minus directe ex sola humiditate febres intermittentes repetere valeamus, plurima obstant.

In

5) V. Davy *Beschreibung von Ceylon.* 1822.

6) Baumes. 7) Zullati.

8) Mitchill. 9) Odier.

10) Soleant, inquam, nam Vilnae a. 1815. aestatis tempore pluviae permultae locum obtinuerunt, quin febres intermittentes crebrae obvenerint. Et Sebastian (l. c.) fatetur, in Batavia aestatem frigidam et pluviosam potius febribus intermittentibus obstare, quod confirmat H. F. Thyssen (*geschiedkundige Beschouwing der Ziekten in de Nederlanden. Amst.* 1824).

In regionibus nempe, alias febribus intermittentibus haud faventibus, vel sub constitutione annua iis adversante, a continua licet et maxima atmosphaerae humiditate, nunquam morbus, de quo agitur, evolvitur. Porro febres intermittentes vix sub ipsis pluviis vel inundationibus apparent, sed postea.

An ob effluvium specificum?

5. Quod aër paludosus principio peculiari inquinatus sit, ipse illius specificus odor testari videtur [11]), quamvis vel ex eo febrium intermittentium originem directe repetere non audeamus. Quodcunque autem sit hocce principium [12]), nil impedit, quominus recepto atque vulgato nomine *miasmatis* insigniatur.

Miasma.

6. Est igitur *miasma* principium, ex paludibus una cum rore [13]) emergens, instrumenta physica

11) Plus vice unica in regionibus transpadanis, quae aëris puritate excellunt, Ticinum versus iter faciens, quo magis huic urbi paludibus circumdatae appropinquabam, hujusmodi specificum odorem percipiebam, non sine ingrata totius corporis sensatione.

12) In historia epidemicae febrium intermittentium constitutionis anni 1765, inquit Burserius (institut. §. 98.), quam ego libro inscripto *Saggi di Medicina Pratica etc. P. I.* p. 37. adjeci, a miasmatibus, quae e palustri solo, corruptisque aquis erumpebant, earum originem derivandam duxi. Nolui tamen de peculiari illorum miasmatum natura quidquam pronuntiare, *ne ad hypotheses confugere, a quibus quam maxime me temperare debeo, cogerer.*

13) Rigaud *et* Vauquelin *sur l'analyse des rosées éle-*

sica hucusque nota eludens, at per effectus in corpus humanum, in quo morbum sui generis gignit, abunde demonstratum.

7. Differt miasma a contagio, quod morbus, ab illo ortus, potestate vix gaudet alios inficiendi, quae potestas morbis ex contagio inest. Nunquam saltem contagiosi aliquid in febribus intermittentibus animadvertere potuimus, animadverterunt tamen alii, praecipue ubi ille morbus epidemice aut in regionibus calidissimis grassabatur[14]).

Miasma differt a contagio.

8. Superest, ut inquiramus in rerum positiones, sub quibus paludes praecipue aptae sunt febribus intermittentibus generandis. Primum *aestus solis* considerationi nostrae sese offert. Aegre nempe paludes in regionibus septentrionalibus febres inter-

Quando paludes praecipue feb. int. generent.

R 2

*vées des marais.* v. *Annales cliniques de la société de médecine pratique de Montpellier. Liv. XLIV.* p. 286.

14) Meibomius de febribus intermitt. epidem. §. 8. (epidemia Guelpherbytensis a. 1666.); — Lanzoni act. phys. med. nat. cur. Vol. II. obs. 209. — Heuermann l. c. p. 13. (epidem. Holsatica); — Cleghorn *obs. on the epidem. diseases in Minorca cap.* 2. — Fr. Hoffmann med. rat. syst. T. IV. P. I. Sect. I. c. 4. §. 4. — Salmuth Cent. III. obs. 51. — Coligny l. c. §. 108. — Kortum l. c. p. 10. — Amelung *Bemerkungen über die häufigen vorzüglich intermittirenden Fieber, die in den Rheingegenden von* 1794 *bis* 1799 *vorzüglich unter den Soldaten herrschten.* in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 18. *B.* 2. *St.* p. 100. Cfr. Schnurrer *Chronik der Seuchen.* 2. *Th.* 1825. p. 194. 195. 196. 206. 221. 480. 481.

intermittentes gignere valent[15]; nec in ipsis regionibus calidis paludes hiemali tempore nocivum principium, de quo sermo est, exhalant. At nec aestus dumtaxat defectui tribui potest, quod paludes in regionibus septentrionalibus non sint adeo nocivae; nam et hic calor aestatis tempore aliquando vehemens[16]. Denique summus calor vel in ipsis plagis meridionalibus paludosis ad febres intermittentes excitandas minime requiritur[17]. Imo sub aequatore febres hujusmodi sat raras esse ajunt[18]. Ni fallimur, nil magis paludum insalubritatem adjuvat, quam coeli constantia, nil magis illi obstat, quam temperiei continuae vicissitudines[19]. At nec *venti* ubicunque febribus intermit-

15) Pulcherrima Europae Urbs, *Petropolis*, paludibus circumdatur; nihilominus febres intermittentes ibi non admodum regnant.

16) Temperatura media aestatis *Petropoli* est 23½ graduum thermom. Reaum.

17) In Insubria saepius febres intermittentes maxime eo tempore grassari vidi, quo thermometrum gradum vigesimum caloris non attingebat.

18) Wilson l. c. p. 163. Testantibus Bontio; Clark (*on the diseases in long voyages to hot climates*); Lysons (*essay on fevers*).

19) Ticini pluviae sub maximis aestivis caloribus interdum per mensem et longe ultra omnino desiderantur. Eo ipso tempore tanta observatur aliquando malacia, ut levissima pluma apertae fenestrae vespere imposita, postero mane adhuc eodem in loco reperiatur. Petropoli contra mensibus Julii et Augusti, qui inter cetera

termittentibus obstant; qui enim e regione paludosa spirant, caussam hujuscemodi morbi potius advehunt[20]). Impedireturne insalubritas paludum in regionibus septentrionalibus brevitate vel potius absentia noctuum tempore aestatis[21])? Legimus saltem, transitum rapidum a diebus calidissimis in noctes subfrigidas febribus intermittentibus in agro Romano favere[22]). *Solum* quod attinet, indubitabile est, proventum febrium intermittentium impediri per arenam et longe magis adhuc per terram fossilem paludes circumdantem[23]). Etiam dum paludum superficies concreta est, aut aqua non omnino stagnante obducitur, vix generationi febrium

anni tempora ob tranquillitatem atmosphaerae excellunt, octo tantum dies ventis expertes numerantur.

20) Hunter's *Bemerkungen über die Krankheiten der Truppen in Amerika. A. d. E. Leipz.* 1792. 8.

21) Tempore occasus solis, vel saltem hora prima noctis, febrium intermittentium periculum in regionibus paludosis maximum esse, supra monui; at in septentrionalibus aestate aurora proxime occasum sequitur, unde saltem probabile fit, quod etiam si atmosphaera effluvia paludum interdiu retineat, tempus non concedatur, ea in detrimentum generis humani noctu praecipitandi.

22) Santarelli l. c. Puccinotti *lettera* p. 23.

23) Jos. Frank's *Reise nach Paris, London* etc. *Wien* 1805. 2. *Th.* p. 283. Solo vulcanico e contra potius evolutionem febrium intermittentium promoveri, suspicatur Loder (*Bemerkungen über ärztliche Verfassung und Unterricht in Italien. Leipzig* 1812).

febrium intermittentium locus datur [24]). Quamvis mora in ipsis silvis potius ortui febrium periodicarum faveat [25]); attamen nemora, paludes inter et aliquam regionem posita, hanc a febribus hujuscemodi praeservant [26]). — Aquam salitam maris, paludibus mixtam, insalubritatem earum augere, pro certo habuit PRINGLE. Contrarium affirmat JACKSON [27]).

Aliae caussae. 9. Solum miasma, nulla alia extante caussa, ad febres intermittentes producendas saepe sufficit. Alias miasma, aut *incognita annua seu epidemica* (illius effectus aemulans), *constitutio* [28]), ad febres intermittentes solummodo praedisponit, idque potissimum, si corpus humanum propter vitium

24) KORTUM l. c. p. 7.

25) WILSON l. c. p. 171. testantibus PRINGLE et CLEGHORN.

26) *Observations on the causes of the increase of intermitting fevers in Pennsylvania.* Vid. *Voll. II. of* RUSH's *medical inquir. and obs.* FERGUSON l. c.

27) WILSON l. c. p. 176.

28) Imperium miasmatis paludosi in aetiologia febrium intermittentium non est nimis extollendum. Posse enim has febres sine illo miasmate oriri, prae omni alia sequens docet observatio. Vidi pluries Vilnae febres intermittentes caput extulisse mense februario, thermometro Reaumurii viginti et ultra frigoris gradus indicante, quo sane tempore paludes, in massam veluti saxeam concretae, nec hilum exhalare potuerant.

vitium haereditarium [29]), idiosyncrasiam [30]), infantiam [31]), senectutem [32]), catameniorum periodum [33]), nutricis officium [34]), vel climatis insolen-

29) Dari praedispositionem haereditariam ad febres intermittentes contendunt Rhodius (Cent. I. obs. 12.) et J. D. Geyer (Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 5. obs. 229. et Append. p. 28. obs. 44.). Ille de familia febri quartanae continuò obnoxia narrat; hic de viro febre tertiana laborante testatur, qui prolem genuit, quae primo nativitatis mense eadem die eademque horâ paroxysmum ejusdem morbi cum patre experiebatur. Nonne haec phaenomena potius per domicilium commune febribus intermittentibus favens, quam per vitium haereditarium explicanda forent? Caeterum constat, a matre febre intermittente laborante, prolem eodem morbo affectam, excludi solere. Legatur de hisce febribus *congenitis* L. Joubert lib. de quartana C. 3. — Fr. Hoffmann l. c. C. 2. Thes. pathol. §. 18.

30) De febre tertiana ex esu anguillae et casei, a quibus vir et femina abhorrebant, narrat Ettmüller (l. c. not. ad octanas).

31) Pluries observavi, infantes effectum ingruentis epidemiae febrium intermittentium prae adultis expertos esse.

32) Senes potissimum febribus intermittentibus perniciosis apoplecticis obnoxios esse constat.

33) Permultae ex aegrotis meis circa menstruationis tempus in febrem intermittentem inciderunt, quod de recidivis jam pridem notum est.

34) Mirabar saepe peculiarem illarum ad febres intermittentes proclivitatem. Saepissime proles ubera sugens eodem morbo laborare solebat.

lentiam[35]) caussis morborum excitantibus alioqui pateat. Inter haec febribus intermittentibus potissimum occasionem praebent suppressio transpirationis[36]), errores in diaeta tum quoad copiam[37]) tum quoad qualitatem[38]), potus cerevisiae[39]), aquarum corruptarum[40]), argillâ abundantium[41]), mine-

35) Advenas in regionibus, quae febribus intermittentibus favent, magis adhuc, quam incolas, illis obnoxios esse, et animadvertit Heyfelder (in *Rheinisch-Westphälischen Jahrbüchern der Med. u. Chirurg.* 8. *B.* 2. *St.*). Ego tamen incolas catervatim febribus intermittentibus laborasse vidi.

36) E. Stahl l. c. cas. 21. — Fr. Hoffmann l. c. T. III. P. I. Sect. 1. c. 8. §. 13. Madai l. c. §. 105. Ex balneis fluviatilibus praepostere adhibitis, multas febres intermittentes vernales Vilnae inter alumnos conspexi.

37) De intermittente ex innocentissimo alias pane, nimia vero copia ingurgitato, lege Riedlin lin. med. a. 5. 6. febr. obs. 5.

38) E. c. ab ostreis (Lotichius obs. med. L. I.), piscibus (Ettmüller obs. 225. J. H. Schulze diss. de febr. in genere et quotidiana. §. 9.), ovis crudis (Madai l. c. §. 257.), ficis in Sardinia crescentibus (Torti l. c. L. II. c. 8. schol. 2. et respons. Iatro-Apol. §. 38.) cucumeribus sativis (H. Kniphoff in act. phys. med. nat. cur. Vol. V. obs. 18.) de quibus ultimis saepissime febres intermittentes in Insubria ortas vidi, at vix unquam in Lithuania.

39) Riedlin l. c.

40) J. J. Virey *des animalcules infusoires, considérés comme la principale cause du danger des eaux corrom-*

mineralium[42]) aliarumqne per se quidem innoxiarum, at post esum carnis suillae frigide et copiose haustarum[43]), animi pathemata, praesertim terror[44]), verecundia[45]), gaudium[46]), imaginatio[47]), Venus[48]), venae sectiones[49]), cohibitae haemorrhagiae[50]), fuga praepostera sudoris

*pues, prises en boisson.* V. *Journal complémentaire du diction. des scienc. médicales. T. XIV. cah.* 55. p. 201.

41) Linnaeus diss. hypothesis nova de febr. intermittentium caussa. §. 7. v. Amoenit. acad. Vol. I. diss. I. et diss. febris interm. ibid. Vol. X. No. 1.

42) Baylies *practical reflexions on the use and abuse of Bath Water. c.* 13.

43) Haec est caussa communissima febrium intermittentium in Lithuania.

44) Swieten comment. ad aphor. 755 (ex adspectu gliris), Tralles de usu opii Sect. II. c. 2. §. 4. (ex adspectu erucae), D. Crüger Eph. Nat. Cur. Dec. III. a. 2. obs. 198. (ex adspectu epileptici), Ettmüller l. c. obs. 140. — A canium impetu plures febrium tertianarum casus numero.

45) Riedlin lin. med. a. II. mai. obs. 17.

46) Madai l. c. §. 107.

47) W. B. Nebel in Act. Phys. Med. Nat. Cur. Vol. V. obs. 117. (descriptionem morbi audiendo.) Lotichius l. c. L. I.

48) Madai l. c. §. 112 (post nuptias).

49) Monachus Alexander Eph. Nat. Cur. Dec. II. A. 4. Append. obs. 5. (quoties venae sectio instituebatur, toties altera die praesto erat tertiana).

50) Ephem. Nat. Cur. Cent. obs. 68.

ris pedum[51]), ulcerum[52]), psorae[53]) et herpetis[54]). Nec violentiae externae, a caussis febres intermittentes excitantibus, penitus excludendae sunt[55]). Contra memorabile est, his febribus in genere resistere solere, qui mercurio caussis febrium intermittentium resistere solent, qui mercurio haud dudum usi sunt[56]), qui psora[57]) et mania[58]) laborant.

Caussa proxima. 10. Quaevis medicorum secta relate ad *caussam proximam* febrium intermittentium proprias sibi construxit hypotheses[59]). Quaerebatur illa in materia, in qua calor praeter naturam existit[60]); — in

51) Madai l. c. §. 102.

52) Madai l. c. §. 242 (fonticulorum quoque sanatio).

53) Madai l. c. §. 128.

54) De Meza act. soc. Reg. med. Havn. Vol. I. No. 10.

55) C. L. Dumas *della natura e del modo curativo delle febbri remittenti, che si associano alle grandi ferite. Firenze* 1805. — Puccinotti l. c. *storia* p. 314. *cap. XIII. delle perniciose traumatiche.*

56) Ubique locorum observavi. Num ob mercurii in hepar actionem?

57) Rhodius. Contrarium contendit Van Hoven l. c. 1. *Thl.* §. 21.

58) Klein l. c. p. 96.

59) De illis strictim rationem reddiderunt Junker diss. de caussa proxima febrium intermittentium. Hal. 1770. — Heller in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 27. *B.* p. 10. Gellini de caus. febrium intermitt. proxima. Patav. 1823.

60) Galenus de different. febr. Lib. I. cap. text. 4. (sanguine, bile, pituita etc.).

— in sanguinis fermentatione, succi nutrititii adsimilationem impediente[61]); — in succo pancreatico cum bile effervescente[62]); — in humoribus corruptis vasorum mesentericorum[63]); — in sanguinis tenacitate[64]); — in fermento digestivo[65]); — in stagnatione succi nervei[66]); — in fibrarum laxitate imminutaque transpiratione[67]); — in cruoris et succi nervei viscositate[68]); — in vitiata bile[69]) et hepatis obstructione[70]); — in ebullitionis specie inter aërem atmosphaericum et sanguinem[71]); — in spasmodica fibrillarum constrictione[72]); — in primarum viarum impuritate cum peculiari systematis nervosi conditione[73]); — in asthenia[74]); — in hac ipsa tempore apyrexiae et

61) Willis de febrib. cap. 3.

62) Sylvius prax. med. Lib. I. cap. 30. §. 58.

63) Felix Plater prax. med. T. III. cap. 2. p. 52.

64) Robinson animal. oecon. p. 444.

65) Ettmüller opp. T. II. Lib. I. Colleg. pract. Sect. 15. cap. 2. p. 303.

66) Borelli referente Fr. Home in princip. med. P. 2. Sect. V.

67) Home l. c.

68) Boerhaave aph. 755.

69) Valcarenghi de praecip. febrib. §. 27.

70) Senac l. c. cap. 6.

71) Werlhoff op. c.

72) Cullen v. Bowdler diss. de febr. intermitt. nat. et indole. Edinb. 1776.

73) Selle pyretologia. Berol. 1773. p. 88.

74) Brunonis elementa medicinae. §. 661.

et sthenia vigente paroxysmo [75]); — in vasis sanguineis cum processu vegetativo universali et periodico [76]); — in anomalia nervorum [77]); — in systematis lymphatici inflammatione [78]); — in statu inflammatorio glandularum abdominalium [79]); — in terrae motu microcosmi, nervorum temperie periodica et disharmonia [80]); — in processus nutritivi abnormitate [81]); — in sublato aequilibrio inter singulos factores vitales processus organico-dynamici, cum unius alteriusve abnormi nisu in formationem organicam, proinde vel in crystallisationem, vel in hydrogenesin, sub forma luctae, ad nutum oscillationis macrocosmicae, periodice renovatae [82]); — in irritatione locali [83]); — in fluido

75) Giannini *della natura delle febbri. Napoli T. I.* p. 71.

76) Reil *Fieberlehre.* 2. *Th.* p. 160. *Hal.* 1804.

77) Hufeland's *System der prakt. Heilkunde.* 2. *B.*

78) Marcus *Entwurf einer speciellen Therapie. Nürnb.* 1807.

79) Walch *über die Fieber* p. 240.

80) Philosophi transcendentales.

81) Gruithuisen referente Fr. Hildenbrand op. c. Vol. II. §. 241.

82) Fr. ab Hildenbrand l. c. §. 242.

83) P. J. Mongellaz *essai sur les irritations intermittentes, ou nouvelle théorie des maladies périodiques, fièvres larvées, fièvres pernicieuses et fièvres intermittentes en général exposée suivant la doctrine de Mr.* Broussais *et appuyée d'un grand nombre d'observations. Paris* 1821.

fluido vitali irregulariter diffuso [84]); — in decumbendi ratione homini propria, utpote congestionibus vicissim favente, mane in visceribus abdominis et vespere in systemate cerebri [85]); — in peculiari systematis nervorum affectione [86]); quam ultimam opinionem, quippe validissimis argumentis ſuffultam [87]), et nos (culpam praecipue

84) Forni *storia di due febbri perniciose, e saggio di una nuova teoria delle febbri intermittenti, con un annunzio della dottrina del fluido vitale e delle modificazioni organiche.* V. *Repertorio medico-chirurgico di Torino. No.* 60. *Decembre* 1824.

85) Bailly l. c.

86) Swieten comment. ad aphor. 757. — Trnka l. c. Vol. I. §. 38. — Thaer de actione systematis nervosi in febribus. Gotting. 1774. recus. in Ludwig script. nevrol. minor. T. 3. p. 259. — Isenflamm *prakt. Anmerkung. über die Nerven.* §. 26. — Petit-Radel op. c. p. 373.

87) 1° Res, quae systema nervosum labefactant, quammaxime ad febres intermittentes praedisponunt. 2° Miasma paludum, animi pathemata, febrium intermittentium vulgatissimae caussae, systemati nervoso potissimum infensa sunt. 3° Febrium intermittentium paroxysmi multis symptomatibus nervosis, e. c. spasmo cutaneo, tremore, mentis acumine etc. stipantur. 4° Imo haud paucae febres intermittentes larvatae, e. c. epileptica, maniaca etc. protinus in laesione systematis nervorum consistunt. 5° Plurimi morbi nervorum a febribus intermittentibus, male curatis, originem trahunt. 6° Contra febres intermittentes morbos nervorum, quibus superveniunt, saepe tollunt.

pue in nervos, qui e spinali medulla egrediuntur[88]), quique ad abdominis viscera[89]) speciatim pertinent, conjiciendo) amplecteremur; nisi tutius fore existimaremus, cum GORTERO[90]), BURSERIO[91]) et J. P. FRANK[92]) ignorantiam hac in re fateri, in qua etiam relate ad hypotheses (quamvis

7° Autopsia cadaverum hominum, febribus intermittentibus jugulatorum, haud raro laesionem systematis nervosi patefaciunt. 8° Pharmaca febrifuga maxime ad sic dicta nervina spectant. Et 9° Animi pathemata, imaginatio, desiderium expletum, febribus intermittentibus interdum extemplo medentur.

88) Frigus febrile a *lumbis* oritur et per *spinam* assurgit; — cutis, quae nervis spinalibus gubernatur, anserina fit, ecchymoses exhibet, tactum amittit; — partes genitales marium, quae etiam imperio nervorum spinalium subjiciuntur, saepe vigente paroxysmo in consensum trahuntur; — febres intermittentes incrementum corporis, quod maxime a columnae vertebralis evolutione pendet, promovent; — illaeque rebelles interdum ope fonticulorum lumbis admotorum sanantur.

89) Nervus intercostalis, radices e nervis spinalibus accipiens, sibi partem conspicuam in plexibus nervorum abdominalibus formandis, vindicat.

90) Prax. med. system. No. 195.

91) l. c. §. LXXII. („At quoniam haec non ultra indagari se sinunt, et *captum fere nostrum excedere videntur*, satius erit eas febrium intermittentium hinc causas enumerare, quae sensibus perviae vocantur").

92) Op. c. T. I. p. 39. („Causa proxima febris periodicae intermittentis ignoratur").

vis partim doctissimas[93]) circa *caussam determinati recursus paroxysmorum* versamur.

§. XXVIII.

93) Mead (de imperio solis et lunae) recursum periodicum morborum a fluxu et refluxu atmosphaerae, imperante lunâ (cum eodem phaenomeno cohaerente), repetiit. Casimir Medicus fontem morborum, periodum habentium, in nimia ventriculi et intestinorum sensibilitate illarumque partium cum universo corpore consensu, concurrentibus pro re nata bile, muco, saburris et vermibus, collocavit (l. c. p. 283). Aliorum hypotheses morborum periodicorum originem per *consuetudinis leges* perque excitabilitatem modo exhaustam, modo restauratam, itaque stimulos morbosos, licet stabiles, nunc minime (sub apyrexia) nunc maxime (sub paroxysmo) percipientem, explicant. Hac cum hypothesi, observatio, quam saepe saepius institui, nexum habere videtur, videlicet, quod accessus morborum periodicorum eadem nychthemeri horâ, qua primâ vice a caussa quadam obvia, e. c. a terrore, violentia externa etc. excitati fuere, praecise redire soleant. Ad febrium intermittentium quod spectat periodum, optarem, ut physici indagarent, num illa cum *electricitate atmosphaerica* cohaereat, nec ne? Constat saltem: electricitatem negativam, atmosphaerae humidae (febribus intermittentibus faventi) esse sociam (Sprengel inst. pathol. gen. Vol. I. §. 132.); — electricitatem atmosphericam certis et determinatis nychthemeri horis periodice modo decrescere modo augmentum capere, ita quidem, ut illa tempore matutino (quo paroxysmi evolvi solent) gradum minimum, noctu vero (ubi saepissime apyrexia obvenit) maximum attingat (Hanström *correspondence astronomique* 2. *cahier*) electricitatem, san-

## §. XXVIII.

### *D i a g n o s i s.*

Febres intermitt. a reliquis morbis periodicis distinguuntur.

1. In primo diagnoseos limine quaestio sese offert: *num omnes morbi, qui periodice decurrunt, ad febres intermittentes spectent, nec ne?* — Morbos periodicos quot quot a capite ad calcem exstant, itaque praeter febres intermittentes, maniam, epilepsiam, asthma, icterum etc. *unam* dumtaxat *familiam* constituere eximius de illis morbis scriptor, C. MEDICUS docuit[1]. — Contrariam prorsus opinionem J. P. FRANK defendit, contendens, febres intermittentes cum reliquis morbis periodicis nil nisi formam communem habere[2]. Quum febres intermittentes saltem pro-

guinis particulas a se invicem removere (EDWARD *de l'influence des agens physiques sur la vie.* Paris 1824.) et electricitatem ipsam sanguinis in febre intermittente quotidiana cum morbi vi decrevisse (C. F. BELLINGERI *sull' elettricità del sangue nelle malattie*).

1) Op. c. 2. *Buch* §. 64 — 70. („*Ich habe bisher fünf Beweise aufgestellt, wovon ein jeder zwar allein vermögend ist, die nahe Verwandtschaft der periodischen Krankheiten mit den Wechselfiebern darzuthun, die aber, zusammen genommen, eine vollkommne Gewissheit davon geben. Es ist also der allersicherste Schluss, dass diese beiden Gattungen* u n t e r e i n e r l e i H a u p t k l a s s e g e h ö r e n").

2) De periodicarum affectionum ordinandis familiis. Orat. acad. v. Delect. opuscul. medicor. Ticini 1791. T. X. p. 361. („Sed quousque tandem *morborum vestis* magis, quam natura, in artis exercitio considera-

prognosin et curam ab illis reliquorum morborum, periodos servantium, plane diversam exposcant, et quum in quaestionibus nosologicis dirimendis utilitas practica praecipue curanda sit, Patris opinionem eo magis amplexi sumus, quo magis notae gentilitiae utriusque generis morborum, ut sequens docet tabula diagnostica, non desiderantur.

| *Febres intermittentes.* | *Reliqui morbi periodici.* |
|---|---|
| 1. Solent certis et determinatis anni temporibus evolvi. | 1. Evolutio ad nullum peculiare anni tempus spectat. |
| 2. Sibi prae aliis regiones eligunt paludosas et humiles. | 2. Ubique locorum indiscriminatim obveniunt. |
| 3. Morborum saepe epidemicum constituunt. | 3. Rarissime epidemice grassantur. |
| 4. Inter unum alterumve paroxysmum paucae dumtaxat horae, aut pauci saltem dies, locum obtinent. | 4. Paroxysmi hebdomadibus, mensibus, annis separantur. |
| 5. Licet per menses durare possint, attamen | 5. Potius instar morbo- |

morbi

bitur? et quo jure demum, ob vana symptomatum studia, morborum nomina patientur vim, et, quae ad haec ipsa dirigitur, curatio, confusionem et injuriam?").

| | |
|---|---|
| morbi acuti speciem prae se ferunt. | rum chronicorum decurrunt. |
| 6. Tempus, a paroxysmo liberum, morbum plus minus sapit. | 6. Tempus liberum plerumque perfectae sanitatis refert imaginem. |
| 7. Paroxysmi raro nocturno invadunt tempore. | 7. Paroxysmi saepe noctu ingruunt. |
| 8. Ab ipso initio corpori humano habitum morbosum specificum impertiunt. | 8. Habitus corporis utplurimum non est morbosus. |
| 9. Tum per naturam, tum per evacuationes simplicissimas sanari, per cinchonae vero corticem miraculi instar debellari solent. | 9. Natura non nisi lente curam molitur; evacuationes haud raro morbum aggravant, et cinchonae virtus dubia est, aut saltem non major illâ multorum pharmacorum. |

Feb. intermittentes a feb. secundariis quibusdam distinguuntur.

2. Neque omnis febris, quae evidenter ex paroxysmis et apyrexiis constat, ideo ad febres intermittentes pertinet [3]). Legitima enim febris intermittens *morbum primarium* sistit. At intermittentium formam vel nonnullae ex febribus secundariis exhibent, quae igitur omni pacto ab illis distin-

3) Juncker diss. de simulatis febribus intermittentibus in viscerum laesionibus. Hal. 1756. J. P. Frank de period. affect. ordin. familiis.

distingui debent[4]). Alia nempe est earum prognosis, aliaque medendi ratio. Morbum, adspectum febris intermittentis prae se ferentem, ipsa aliquando graviditas inducit[5]). Idem de uteri osteo-steatomate dicendum[6]). Species quartanae, a prorumpente dente ultimo molari ortae, nobis nota est. Evolutionem luis venereae a symptomatibus febrium intermittentium comitari, saepe saepius conspeximus[7]). Idem de lepra fertur[8]). In hysteria[9]), in arthritide, in calculo bilioso[10]),

S 2 in

4) J. P. Frank de affect. periodic. ordinand. familiis.

5) Hoffmanni system. ration. T. IV. Sect. 1. c. 8. §. 18.

6) In museo pathologico R. Universitatis Ticinensis osteo-steatoma uteri conservatur, quod in cadavere aegrae detectum fuit, quae singula febris intermittentis perniciosae emeticae symptomata exhibuerat. J. P. Frank opuscul. posthuma. Vindob. 1824. p. 93.

7) Similes observationes describuntur a Deidier de morbis vener. obs. 4. (tertiana); a Ballonio epid. et ephem. L. II. Const. aestiv. a. 1575. p. 86. Const. hyemal. ejusdem p. 104. ab A. Monro *eph. d'Edimb.* T. VI. art. 47. obs. 9. (quartana) etc.

8) J. P. Frank *epit. T. IV.* p. 213.

9) Wedel Eph. Nat. Cur. Dec. I. a. 2. obs. 193. Fraundorfer ibid. Dec. III. a. 5 et 6. obs. 136. Sauvages nosol. method. l. c. art. 9. No. 3.

10) J. M. Vorwaltner Eph. Nat. Cur. Dec. III. a. 5. 6. obs. 109. (Febris quarto quovis die accedens, silensque post 120 calculorum biliosorum evacuationem); Heuermann *vermischte Bemerkungen. 1. B. K.* 3. p. 9.

in scorbuto[11]) et in chlorosi haud raro febricula, adspectu intermittens, observatur. Ita in angustatione urethrae[12]). Suppurationes vesicae urinariae vel prostatae, omnibus febrium intermittentium symptomatibus stipatas, praesertim frigore corpus concutiente ac largis sudoribus, pluries observamus. Nullo autem alio in morbo febres secundariae adspectum febrium intermittentium legitimarum saepius usurpant, quam in phthisi pulmonali. Distinguuntur vero in genere febres secundariae, ex suppurationibus ortae, (febres hecticae) a legitimis intermittentibus ex praesentia signorum alterius morbi; ex habitu aegri, potius tabifico, quam cachectico; ex sedimento puriformi, non lateritio urinarum; ex rebelli vel exasperato morbo, ob adhibitum corticem cinchonae officinalis; ex absente forte constitutione annua febribus intermittentibus favente; ex typo quotidiano, qui in legitimis intermittentibus sat rarus est, vel ex accessionibus anomalis, aut vespertinis. Porro: „in febre intermittente, ait insignis practicus[13]), accessiones sunt longiores, tum tria alia tempora horroris, caloris et sudoris, accuratius definiuntur, et in decessionibus febris ex toto intermittit.

Verum

11) Ettmüller opp. T. II. P. 2. — Coll. consult. cas. 22. Timaeus cas. med. L. VIII. cas. 15.

12) Everard Home *practical observations on the treatment of Strictures in the urethra and the oesophagus. London* 1797. p. 64.

13) Heberden l. c. p. 143.

Verum hectica nunquam adeo remittit, quin arteriarum motus concitetur, decem minimum ictibus in sexagesima horae parte superans modum naturalem." Attamen nullum e signis, hucusque traditis, saltem separatim consideratum, diagnosin indubiam reddit. Ipsae enim febres intermittentes interdum sub larva alterius morbi apparent; habitus aegri, vel latente suppuratione non semper tabificus; in ipsis intermittentibus legitimis urina non raro puriformis; et hae ipsae febres interdum a primis cinchonae dosibus exasperantur; annua tandem constitutio saepe in morbum specialem, de quo agitur, non influit. Nec desunt febres secundariae quotidie, vel et alternis diebus, matutinis horis apparentes [14]), magno frigore stipatae. Ita non omnes febres intermittentes tam perfecte intermittunt, ut pulsus constanter normalis evadat. Exemplo sint febres subcontinuae. Postremo non ignorandum, posse febrem intermittentem legitimam, cum morbo alias febrem secundariam pro comite habente, societatem inire [15]). Quam arduum sit, hic diagnosin instituere, non est cur moneam.

3. Videri posset, difficile admodum non esse, diagnosin febrium intermittentium, quas *manifestas* nuncupavimus, instituere: atque ita quidem Diagnos. febr. inter. manifestae.

14) Acta mea Instituti Clinici Vilnensis. Annus Primus. p. 99.

15) Nonnunquam phthisicos, simul vera febre intermittente affectos, pertractavi.

dem res saepe se habet, dum morbus per aliquot dies, paroxysmis cum apyrexiis alternatim apparentibus, indolem suam manifestavit. Ast longe aliter est a primo morbi initio. Tunc enim haud facile determinari plerumque potest, utrum ingruens febris ad intermittentes, an ad continuas pertineat. Hac sub rerum positione ex eo statum morbi conjectura saltem attingimus, quod in genere febres intermittentes frigore intensiore atque diuturniore invadunt; quod subsequens calor rapide crescit, et cito sudore excipitur. Sed vel absoluto post spatium aliquot horarum febris decursu, dubitari adhuc potest, an fuerit paroxysmus febris intermittentis, an *ephemera*[16]). Apyrexiam hîc a convalescentia quodammodo distinguere nos docent peculiaris cutis amoena et subfrigida temperies illi propria, pulsuum conditio a legitima convalescentia aliena, habitus aegri febrilis et notio morborum regnantium. Notandum quoque est, quod febrium intermittentium paroxysmi tempore diurno ingruendo, apyrexias noctis curriculo relinquant, quo fieri posset, ut aeger obdormiens eam non animadvertat. Oportet igitur medicus aegros de febre intermittente suspectos nocturnis quoque horis visitet.

Diagnosis febr. subcontinuae.

4. Distinguuntur *subcontinuae febres* a febribus continuis, quoniam illae exacerbationibus et remis-

16) Galenus de art. cur. ad Glauc. L. I. c. 2. — Swieten comment. ad aph. 728.

remissionibus longe magis conspicuis insigniuntur, quarum priores saepe cum notabili horrore incipiunt, posteriores copioso sudore terminantur. Porro febres subcontinuae simul cum intermittentibus grassari solent, aut ex istis sive neglectis sive male tractatis evolvuntur, iterumque facile in eas transeunt. Et sedimentum lateritium, qua urina in subcontinuis instructa esse solet, hic ad diagnosin instituendam conferre valet. Cave vero, ne febres catarrhales, et gastricas, praecipue in puerperis, quae non raro febrium subcontinuarum instar decurrunt, pro intermittentibus declares.

5. Quoad febres intermittentes *larvatas*, quae potius *chronici morbi* sub larva apparent, sequentia probe adnotari debent. Febribus intermittentibus grassantibus, quivis morbus, periodice recurrens, pro suspecto habeatur; facile enim pertinebit ad hanc morborum classem. In hoc numero praecipue sint morbi supra enumerati[17]); et inter eos maxime, qui benignam indolem prae se ferunt. Semper enim experti sumus, diagnosin febrium intermittentium larvatarum *benignarum* majoribus longe difficultatibus premi, quam *perniciosarum*. Quotidie enim accidit, ut morbi, quos febres intermittentes larvatae benignae simulant, utpote levioris momenti, v. c. odontalgia, opportunis adhibitis auxiliis brevi evanescant. Hoc vero in morbis gravioribus, e. c. in apoplexia, vix contingere solet, Diagnosis aliar. feb. larvat.

17) §. XXIII. 3.

solet, nisi ex classe intermittentium originem trahant. Quamobrem, si e. g. hodie ad aegrum ob gravem morbum decumbentem vocaris, quem postera die praeter omnem expectationem fere sanum inveneris, eo minus de febre intermittente larvata dubita, quo magis constitutio epidemica hujusmodi morbis favet. Accedit, ut febres intermittentes larvatas non raro uno eodemque in aegroto febres intermittentes manifestae praecedant. Porro, quamvis in illis symptomata febrilia in genere desiderentur, ingruit tamen saepe paroxysmus cum quodam horrore. — Superest monitum! Quum nomina, quibus febres intermittentes larvatae designari solent, utplurimum a symptomatibus, quae illis formam conciliant, deducta sint; cavendum, ne arbitremur, cognito morbi nomine etiam illius essentiam notam esse. Ad hanc respiciendo febres intermittentes larvatae, quae maniacae, cardialgicae etc. dicuntur, potius encephaliticae [18]), gastriticae etc. nuncupandae forent.

Diagnosis febr. inter. infantum.

6. Febres intermittentes interdum maxime in infantes grassantur. Quo tenuior eorum aetas, eo difficilius morbus cognosci solet. Ne illum praetervideamus, toties febris intermittentis suspicio haberi debet, quoties favente annua constitu-

18) Cfr. *Mémoire sur quelques phlegmasies cérébrales, présentées comme cause de fièvres intermittentes pernicieuses*, par Mr. ITARD. v. *Revue méd. Octob.* 1823.

stitutione tali aegritudinum generi, infantes alternatim mox valent, mox aegrotant, praecipue si accessiones febriles copiosis sudoribus terminentur. Praeterea quum medicus aegrotulis continuo adstare nequeat, illorum nutrices aliique custodes probe edocendi sunt, ut ad phaenomena febrium intermittentium gentilitia adtendant deque illorum sive praesentia sive absentia rationem reddant. Inter febres intermittentes perniciosas nulla aetati infantili communior eâ, quae comatosa dicitur. Quomodo haec perniciosa febris a communi encephalitide et a hydrocephalo acuto distinguenda sit, suo loco tradetur.

Diagnosis febr. inter. benignarum et perniciosarum.

7. Diagnosis febrium intermittentium vel *benignarum* vel *perniciosarum*, tum ex statu paroxysmi, tum ex eo apyrexiae desumitur. Cavendum autem, ne ex paroxysmo, inconsueto quodam symptomate stipato, statim febrem intermittentem perniciosam arguamus, praecipue dum aegri systemate nervoso delicatiori instruuntur. Hoc enim in casu terrifica symptomata vel in benigna febre conspici solent. Attamen laesio functionum vitalium in febribus intermittentibus magnaque vocis a statu normali aberratio [19]), nunquam parvi facienda. Haec regula sacra esto, si agatur de senibus, de locis

19) Vocem in multis febribus intermittentibus perniciosis debilem, tremulam, raucam, nasalem, ingratam evadere, jure monet egregius PUCCINOTTI *storia etc.* p. 157.

locis uliginosis, calidis[20]), et de tempore aestivo vel autumnali. Absit vero, ut in vulgarem errorem incidamus, febres intermittentes perniciosas ceteris anni temporibus extraneas judicandi. Observavimus eas pluries Viennae mensibus Aprilis et Maji. Nil autem magis suspicionem de latente febre intermittente perniciosa injicit, quam, si vel in ipso stadio apyrexiae, inconsueta occurrat virium prostratio, simul cum proclivitate ad lipothymias, capitis dolore, temulentia[21]), faucium ariditate, lingua sicca, rubra, anxietate, et pulsu exiguò. Postremo nosse juvat, febres intermittentes perniciosas praecipue typum subcontinuae, quotidianae, et tertianae sequi. Si sequantur eum tertianae duplicis, facile paroxysmus unius diei ad perniciosam pertinebit, alterius ad benignam, uti aliquoties conspeximus. Rara est febris intermittens perniciosa, quartanae typum exhibens. Paucae, quae a nobis observatae, fuere omnes algidae. Febres intermittentes non ex propria natura, sed ex alieno morbo iis socio, perniciem desumere, aliquis putavit. Hoc quidem interdum fieri posse constat[22]); sed in genere contrarium asseri-

20) Facile hinc intelligitur monitum eximii medici Romani De Matthaeis: „monitum idcirco volumus ad praxeos utilitatem, *perniciosas febres longe foecundiores et numerosiores esse, quam vulgo censetur.*“ (Ratio instituti clinici Romani. Epicris. ad. I. Histor.).

21) Burserius l. c. §. CI.

22) Hellwig (opusc. phys. med. 69. p. 226.) de vidua

asserimus, eo, quod in febre perniciosa intermittente *omnia* symptomata periodice recurrunt et fugatis prius, si adfuerint, complicationibus, cinchona mature riteque adhibitâ, illico debellantur, quod in alieno morbo non facile contingeret.

8. Quamvis febres intermittentes quotidianae, tertianae, quartanae etc. non ita inter se differant, ut instar morborum diversorum, tot singulis in capitibus, antiquiorum more, pertractari debeant; attamen multum refert, ut illarum *typus*, quo citius id fieri potest[23]), accuratissime determinetur. Ita enim et morbi exitus, et tempus administrandis febrifugis magis accommodatum, facilius indicari queunt. — Quum febres intermittentes relate ad typum divisae essent in *regulares* et *irregulares*[24]), notandum est, ut febris pro *regu-*

Diagnosis typorum in genere.

narrat, quae per trium hebdomadum curriculum febre intermittente quartana duplici laboravit, cui tandem convulsiones lethales supervenere. Similia leguntur apud J. Lanzoni Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 9. obs. 209. Ipsemet episcopum Vilnensem H. Stroynowski, senem gracilem, ex apoplexia fortuito paroxysmo febris intermittentis quotidianae superveniente, amisi.

23) Galenus (de crisibus L. II. c. 4.) ait, illum medicis haud esse adnumerandum, qui ingruentem tertianam ab ingruente quartana distinguere nescit. Forestus monet, medici esse, tertianam in primo morbi limine cognoscere, quum paroxysmis jam alternis diebus comparentibus, quaevis anus illam definire sciat.

24) §. XXV.

*regulari* declarari possit, non absolute requiri, ut illius paroxysmi determinato horae momento, quemadmodum in *febre consistente*[25]) contingit, redeant. Possunt enim febrium intermittentium paroxysmi solito vel *citius* (*febres intermittentes anticipantes*) vel *tardius* (*febres intermittentes postponentes*) ingruere, quin ideo irregulares evadant[26]).

Diagnosis quotidianae. 9. Inter febres intermittentes regulares minus sane communis est *quotidiana*, de qua ne apud *Hippocratem* quidem mentio fit. At existentiam illius immerito alios[27]) negasse, pro certo habemus. Non inficiabimur quidem febres, typum quotidianae sequentes, saepe ad hecticas, vel saltem ad tertianas duplices pertinere, ac revera, priusquam febris pro quotidiana declaretur, requiritur non solum, ut primaria sit, sed etiam ut paroxysmi quotidie, eadem circiter hora, eademque vi, iisdem

25) Febris intermittens *consistens* ea est, cujus paroxysmi determinato horae momento ingruunt. Vidi illarum haud paucas, quae revera horologii vices agere potuissent!

26) Amat. Lusitanus (Cent. V. curat. 19.) de febre tertiana narrat, cujus paroxysmi tres horas anticipabant. De quartana regulariter decem horas anticipante legitur in Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 8. obs. 124.

27) Fernelius patholog. Lib. IV. c. 12. Plater prax. med. T. II. Sennertus Lib. II. de febrib. c. 19. Senac l. c. C. I. p. 15.

iisdem symptomatibus stipati sint, et ut sibi alternis diebus *non* respondeant. Hujusmodi febres, quarum praesentiam Fr. Hoffmann [28]), Werlhof [29]), Burserius [30]) et J. P. Frank [31]) quoque confirmant, et nos conspeximus [32]). Paroxysmi febris intermittentis quotidianae, morbi utplurimum vernalis, plerumque mane, inter horam sextam et nonam, apparere solent, idque nunc anticipando [33]) nunc postponendo [34]). Idem fatentur Dodonaeus [35]) et Madai [36]). Contra Galenus [37]) contendit, febres intermittentes quotidianas *vespere* vel *noctu* ingruere, quod Forestus [38]), Timaeus [39]), Rubeus [40]), Binninger [41]) aliique [42]) confirmant. Opinionem ista diversitas forte varietati

28) Med. rat. syst. T. IV. P. I. Sect. I. c. 3.

29) Obs. de febr. Sect. IV. §. 4.

30) Op. cit. §. CXXXV.

31) Epitome etc. Vol. I. p. 41.

32) Febres intermittentes typum quotidianum longe frequentius in Lithuania, quam in Italia et Germania sequuntur.

33) Sic in Lithuania.

34) Werlhof l. c. Sect. VI. §. 4. p. 271.

35) Annot. in Benivieni. Cap. 59. p. 221.

36) l. c. §. 151.

37) De crisibus lib. II. c. 5.

38) Lib. III. obs. 20. 21.

39) Cas. Lib. VIII. Cas. 16.

40) Nocturn. exercitat. 17. 20. 23.

41) Cent. I. obs. 92.

42) Ph. J. Schenfelder hist. enarrat et curat. Lib. I. hist. 35.

rietati climatis, aut quod potius existimamus, confusioni febrium intermittentium cum catarrhalibus et hecticis, quae horis vespertinis delectantur[43]), adscribenda est. Ex tota enim a GALENO relicta febris intermittentis quotidianae descriptione[44]), characteres febris hecticae translucent[45]).

Diagnosis tertianae. 10. Communissima inter febres intermittentes *tertiana*[46]), tum simplex tum duplex est. Orditur horis matutinis[47]), concessis tamen exceptionibus[48]). Frigus conspicuum est, saepe cum membrorum

43) N. 2. 44) De crisibus. Lib. II. c. 3. 5.

45) Sic contendit, febrem quotidianam perfricationem seu frigus tenue habere (l. c. c. 5.), — calorem mitem, sed mordacem obvenire, — sudorem ab initio non apparere, — pulsum minorem esse, quam in quartana et lentiorem, quam in tertiana (de art. cur. ad Glauc. Lib. I. c. 7.), — sitim deesse aut vix urgere (Lib. II. c. 5. et de typis c. 3.), et apyrexias imperfectas esse (de differentia febrium). Mirum hinc non est, hujusmodi GALENI opiniones contradictores in illos invenisse, qui de legitimis quotidianis locuti sunt. Spectant huc MADAI l. c. §. 153., BÜCHNER misc. phys. med. a. 1730. febr. 873. TRNKA l. c. p. 55—59.

46) GRIEVE diss. de febribus tertianis intermitt. Edinb. 1770. WYNACKER diss. de febre interm. tertiana. Lond. 1790.

47) Sic E. STAHLII (colleg. casual. cas. 21. Schol. §. 4.) sic mea experientia. Contra CULLENIUS (*first lines* §. 56. 59.) febres tertianas horis vespertinis invadere contendit. Valet id verisimiliter de Scotia.

48) LANZONI (Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 9. obs. 209.

brorum rigore[49]; calor urens, siccus universum corpus aequali ratione detinet. Aequalis quoque est sudor. Sitis magna.

Diagnosis quartanae.

11. Febris intermittens *quartana*[50], in quibusdam regionibus, quae vel maxime febribus intermittentibus favent, rara est[51]. Utplurimum autumni tempore grassatur. Visa tamen est et vernali tempore[52]; nec non epidemica[53]. Paroxysmus pomeridianis vel vespertinis horis in conspectum venire solet. Maximo et diuturno stipatur frigore, quod ad quindecim horas protractum fuisse legimus[54]. Calor, a morbi saltem initio, minor, quam in tertianis[55]. Pulsus frequentiam hisce febribus alias propriam raro attingit, observatur praeterea inaequalis[56]. Nulla ex febribus inter-

de tertianae accessione nocturna, et mihi aliquoties visa, testatur.

49) Observatio GALENI (art. curat. ad Glauc. c. 5.) et FORESTI (l. c. obs. 4. Schol. GALENI de different. febr. c. 5.).

50) FELLINGER diss. de febre quartana. Groning 1784. — KREYSIG observat. quaedam de febribus intermittentibus quartanis. Viteb. 1797.

51) KORTUM l. c. Rarissima et in Lithuania.

52) COLE nova hypoth. super febr. intermitt. Cap. VII. §. 4. GRÜLING curat. med. Cent. IV. obs. 72. MADAI l. c.

53) A. 1616. in Germania. SCHNURRER l. c. p. 159.

54) GRANT op. cit.

55) GALENUS art. cur. l. c. et de different. febr. c. 5.

56) GALENUS l. c.

intermittentibus habitum corporis magis cachecticum reddit, quam quartana.

Diagnosis quintanae. 12. Diagnosis febris intermittentis *quintanae* facile errori subjicitur, quod nempe cum tertiana, cujus forte unus paroxysmus non erupit, confundatur. Quamvis alias sat rara haec febris sit, aliquoties tamen eam observavimus. Observarunt HIPPOCRATES[57]), TULPIUS[58]), SWIETEN[59]), STOLL[60]), QUARIN[61]), TISSOT[62]), C. W. SACHSE[63]) etc.

Diagnosis alior. typor. 13. *Septanae* facile cum quartanis, in quibus paroxysmus unus desideratur, confunduntur. In febribus *omni mense* redeuntibus dijudicandis, memores esse juvat, illas potius ad catamenia, ad haemorrhoides, adque vermes intestinales, quam ad legitimas intermittentes spectare posse.

Diagnosis indolis morbi. 14. Sapienter KLEINIUS: „genium quovis fere anno habent (febres intermittentes) alium atque alium, ut, qua methodo currente anno liberaveris, eadem ipsos anno jam vertente e medio forsan tollas[64]).“ Eadem haec verba febribus intermittenti-

57) Epidemicor. Lib. I. Sect. 3. Text. 2.

58) Obs. med. Lib. III. c. 52. (menses 18 in puella duraverat quintana).

59) Comment. aph. 746. (quintana ex quartana orta, post quartam accessionem evanescens).

60) Ratio medendi. T. III. p. 75.

61) Meth. med. febrib.

62) *Avis au peuple.* c. 18. §. 251.

63) Nova acta Nat. Cur. T. I. obs. 98. (sex paroxysmi).

64) Op. cit. p. 98. De imperio annuae constitutionis

tentibus, quatenus in *variis regionibus* obveniunt, adaptari queunt[65]). Maxime igitur refert, febres intermittentes, quatenus peculiarem medendi rationem exposcunt, a sese invicem distingui. Ut doctrina hujusmodi facile concipi possit, eam sequenti modo exponimus. Appellabimus *simplices* eas febres intermittentes, quae ita constitutae sunt, ut sine damno mox cortex cinchonae officinalis vel remedia similia adhiberi queant; *complicatas* autem eas, quarum curatio magis intricata est. Complicatas porro, prout methodum vel antiphlogisticam, vel antirheumaticam, vel antigastricam exigunt, dividemus in febres intermittentes *inflammatorias*, *rheumaticas* et *gastricas*. Sed vel complicationes hujusmodi duplicis sunt generis: nunc enim, ablata per opportuna remedia complicatione, febris

in febrium intermittentium indolem pulchre quoque locutus est E. Acerbi v. *Annotazioni di medicina pratica. Milano* 1819. *Ann. I. Cap. delle febbri periodiche.*

65) Praxis, quam vicissim in Insubria, Austria et Lithuania exercui, me edocuit, imperium climatis nullo in morbo tam evidens esse, quam in febribus intermittentibus. Debet igitur medicus proprietates febrium intermittentium illius regionis, in qua praxin exercet, peculiari studio perscrutari atque probe cavere, ne illis praecepta therapeutica, quae ex observationibus sub alieno coelo collectis emergunt, praepostere adaptet. De indole febrium intermittentium in Lithuania scripsi (*Pamiętnikow Towarzystwa Lekarskiego Wilenskiego. T. II.*).

febris intermittens simplex remanet, auxiliis diathesi periodicae accommodatis pertractanda; nunc vel ope illorum remediorum jam omnis tollitur morbus.

Diagnosis febris int. simplicis. 15. Absentia symptomatum diatheseos inflammatoriae, rheumaticae, et gastricae, plerumque de natura *simplici* febrium intermittentium testatur. Plerumque, inquam, nam vel absentibus complicationum indiciis, attamen complicatio interdum latet. Suspicamur tale quid, dum praeter omnem expectationem morbus remediis febribus intermittentibus simplicibus accommodatis rebellis est, atque eo magis, quo magis indoles aliorum morborum simul regnantium, sive inflammatoria, sive rheumatica, sive gastrica, observatur. Sicuti autem absentia symptomatum complicationes indicantium fallax est, ita et illorum praesentia. Simplicissimas saepe febres intermittentes vel inflammatoriis, vel rheumaticis, vel gastricis symptomatibus insignitas conspeximus. Quo magis tunc in supposita hac complicatione abigenda intenti eramus, eo magis crescebant illius apparentia symptomata, donec ad usum corticis cinchonae pervenerimus, quo facto extemplo totus tollebatur morbus. Ut *apparentem* hujusmodi febrium intermittentium *complicationem*, a *reali* distinguere possitis, securum, quoad fieri potest, diagnosticon aperiamus. Respicite ad stadium apyrexiae; si in eo symptomata complicationem unam alteramve indi-

indicantia continuent, de *realis complicationis* praesentia vix ambigite. Si vero symptomata illa sub paroxysmi solummodo tumultu in conspectum veniant, cessent vero ingruente apyrexia, de *apparente* tantum *complicatione* sat tutum statuite judicium.

16. Febris intermittens *inflammatoria* cum fortiori, sed non protracto frigore invadere solet, rapide enim succedit calor maximus; rubent scilicet facies, oculi et universa cutis; arteriae quotquot sunt, inprimis carotides et temporales vehementer pulsant. Urgent symptomata catarrhalia, et saepe sanguis e naribus stillat. Caput acutissimo dolore detinetur; hypochondria et regio epigastrica tensionem exhibent, attactumque saepe[66]) non ferunt; succedunt vigiliae, veternus et interdum deliria. Urina ignea, sedimento lateritio, saepius puriformi instructa. Sudor, plerumque moderatus, paroxysmum nequaquam terminat; pul-

Diagnosis febris int. inflammatoriae.

T 2 suum

66) De *reconditis* inflammationibus febrium intermittentium sociis audiatur A. SPIGELIUS (de semitertiana s. subcontinua). „Ego, inquit, plures, qui febre quotidie sese exacerbante, praecipue circa vesperam, aut statim post meridiem in modum duplicis tertianae perierunt, secui, et in his non putredinem in vena cava, sed inflammato alicujus primi regiminis viscere, vel alia aliqua recondita parte, inflammationem paulo minorem inveni, quam *ut dolor ab aegro, vel tactu hypochondriorum a medico et aegroto cognosceretur.*"

suum enim frequentia et plenitudo, sitis, calores fugaces, symptomatum catarrhalium aliorumque phlogosin partis cujusdam indicantium[67]), praesentia, de imperfecta apyrexia testimonium praebent[68]). Paroxysmi typum tertianae duplicis sequi, aut irregulariter decurrere solent. Non desunt tamen exempla quartanarum inflammatoriarum[69]). Nec rarissimae sunt febres intermittentes perniciosae inflammatoriae, inprimis illarum, quae apoplecticae, pleuriticae, asthmaticae, catarrhales et arthriticae dicuntur[70]). Febris intermittens inflammatoria, grassantibus aliis morbis inflammatoriis oriri solet, praecipue tempore vernali et

aestivo

67) Riverius ait: „In febrium acutissimarum et *perniciosarum* curatione, hoc diligenter animadvertendum, rarissime eas fieri sine interna et peculiari visceris cujusdam affectione et plerumque inflammatione. Quare nunquam omittendam curam hypochondriorum, capitis, thoracis, uteri, renum et vesicae, ut omni ratione investigemus, quae harum partium insigniter laboret, et ei quod fieri potest subveniatur.“ (Praxis med. Lib. XVII).

68) „*Uno dei caratteri i più certi della flogosi combinata alla periodicità, è la sussistenza di qualche sintoma infiammatorio anche durante la quiete de' parossismi.*“ Puccinotti *storia etc. T. I.* p. 26. — Neuschaffer diss. de synocho paroxysante, vulgo tertiana vernali. Gies. 1786.

69) Forestus observationum Lib. III. Obs. 32. Cfr. Morgagni de sed. et caus. morb. Epist. XXI. No. 43.

70) Puccinotti l. c. p. 25.

aestivo (quo, praesertim in regionibus calidis[71]), siccis et montosis[72]), peregrinatores ad caput, rustici et hortulani ad spinam insolantur[73]), in plethoricis gravidis, haemorrhoidariis hominibusque, morbis inflammatoriis jam prius obnoxiis[74]), abusui vini sive cremati deditis, post suppressas adsuetas haemorrhagias, ab animi pathematibus fortioribus, a motu corporis nimio et usu praepostero prophylacticorum[75]).

17. Vernali et aestivo tempore, favente constitutione annua morbis rheumaticis[76]), dum febres — Diagnosis febr. int. rheumaticae et catarrh.

71) Cfr. infra historia Haemitritei Daciae.

72) Pringle *Krankheiten einer Armee* p. 246.

73) „*Ma una altra riflessione è da farsi quanto alle insolazioni, ed è questa, che stando di mezza state a torme nelle campagne romane gli agricoltori, ed a cielo scoperto tengono sempre esposte ai raggi cocenti del sole le loro schiene, incurvati come sono ne' lavori del mietere, dell' arare, del seminare ed altre simili cose; l'azione di quel forte stimolo è risentita principalmente dalla midolla spinale, la quale quanta parte abbia nella produzione de' più gravi fenomeni delle perniciose, lo mostrano le perniciose tetaniche e le epilettiche; e a noi lo mostrano alcune comechè rare rachiotomie.*" Puccinotti *lettera etc.* p. 12.

74) „Si quae pars ante morbum laboraverit, ibi novus morbus se figit." Hippocrat.

75) „*Ho veduto alcuni giovani dell' ospedale usare il detto preservativo (la china coll' acqua vita), ed essere: primi a cader nelle febbri, e gli ultimi a liberarsene.*" Puccinotti *lettera etc.* p. 17.

76) P. J. Bergius *Gedanken von den Ursachen der Wech-*

bres intermittentes ab humiditate, frigore aliisque atmosphaerae vicissitudinibus excitantur, aut in aegrotis aliunde rheumaticis et arthriticis incommodis subjectis, locum obtinent, facile *naturam rheumaticam* aut *catarrhalem* induunt. Nil miri hîc subesse, haud difficile is intelliget, qui perpenderit, quantum abdominis conditio in febres intermittentes influat, quantumque abdomen cum systemate cutaneo consensum habeat[77]. *Febres intermittentes rheumaticae*, doloribus capitis, lumborum et artuum (a consuetis in febre intermittente membrorum molestiis probe distinguendis) insigniuntur. *Febres intermittentes catarrhales* tussi pectorisque cruciatibus stipantur. Utrisque interdum communia sunt coryza, tormina abdominis, fluxusque alvi.

Diagnosis febr. int. gastricae in genere. 18. *Febris intermittens gastrica* catervam symptomatum gastricorum durante paroxysmo exhibet, quorum pars ad ipsam apyrexiam protrahitur. Sunt autem haec symptomata diversa, prout febris intermittens gastrica est vel *saburralis*, vel *biliosa*, vel *pituitosa*, vel *verminosa*.

Diagnosis febr. int. gastr. saburralis. 19. *Febris intermittens gastrica saburralis* insignitur capitis gravitate, anorexià, oris amarore, screa-

*selfieber und deren Uebereinstimmung zwischen ihnen und den Flussfiebern.* v. *Schwedische Abhandl. J.* 1785. p. 274.

77) Pulchre de hac re locutus est GAUTHIER. Vid. HUFELAND's *Journ. der prakt. Heilk. XVIII. B.* p. 151.

screatione frequente, ructibus nidoroſis, dolore ventriculi, alvi obstructione aut diarrhoea faeculenta. Obvenit haec febris praecipue in pueris aliisque hominibus, gulae indulgentibus, aut victu crudo utentibus vitamque sedentariam ducentibus.

20. *Febres intermittentes gastricae biliosae* in regionibus calidis, uliginosis, temporeque aestivo omnium communissimae[78]), annuntiantur[79]), insigniunturque faciei, albugineae oculorum, aliarumque partium, interdum universi corporis flavedine morbosa[80]), genis profunde rubentibus, ad nasi latera pallescentibus, linguâ muco flavo, fuligi- Diagnosis febr. int. gastr. biliosae.

78) Willis de febribus. Cap. XVI. Lancisi l. c. p. 277. (Epidemia Balneoregii). Puccinotti *storia etc. T. I.* p. 27. („*Non solo particolari casi, ma intiere annuali epidemie de febbri periodiche hanno portato questo carattere bilioso al massimo grado*“) et *Lettera etc.* p. 13. („*Veramente chi ha fatto a Roma studio particolare su queste febbri quasi giurerebbe su quella massima di* Galeno: *tertianas semper fieri jecore laborante*“).

79) „*L'omopatia (complicazione) biliosa . . . è quasi sempre preparata innanzi allo sviluppo di esse febbri e ne precede o ne accompagna le prime accessioni.*“ Puccinotti *storia etc. T. I.* p. 29.

80) Flavedine, inquam *morbosa*, ne medici juvenes, Europae septentrionalis, dum illis contingit aegrum, in regionibus meridionalibus natum curare, cutim flavam, quam iste a natura impertitam habet, pro symptomate bilioso declarent, quod plus vice expertus sum.

fuliginoso obducta, halitu foetente, anxietate, nauseâ, vomitu bilis aeruginosae, admodum amarae, causticae[81]), flatibus epigastrium percurrentibus, doloribus vagantibus sub costis spuriis, praecipue hypochondrii dextri[82]), diarrhoeâ biliosâ, pulsu parvo irregulari, urina ex rubro flava, jumentosa, sudore[83]), sputis, narium muco[84]), sanguinisque sero flavescentibus, viridescentibus, atque apyrexiis sat perfectis[85]). Dum febres, de quibus sermo est, *perniciosae* evadunt, icterum, cardialgiam, emesin, choleram, colicam, pleuritidem et delirium pro symptomate agnoscere solent. Ansam illis porrigunt animi pathemata et transpiratio suppressa[86]); item praeviae febres intermittentes et affectiones viscerum abdominalium inde relictae. Caeterum bilem sine *evidente* hepatis labe (instar salivae sine vitio idiopathico parotidis) copia et qualitate peccare posse, cum

81) „*La materia del vomito è caustica, caduta sul mattonato lo fa ribollire come quando vi si getta a gocce l'acido solforico.*" Puccinotti *storia etc. T. I.* p. 28. Cfr. Notarjanni l. c.

82) Puccinotti l. c.

83) „*La materia del sudore tinge in giallo i pannilini.*" Puccinotti l. c.

84) Notarjanni l. c. Puccinotti l. c.

85) Puccinotti l. c. p. 29.

86) Fr. Hoffmannus inquit: „Nil magis bilem vitiat, eamque impuram et salibus causticis refertam reddit, quam solemnis per superficiem corporis prohibita evacuatio." Puccinotti l. c. p. 28.

cum aliis [87]) contendimus. Quodsi autem *affectio inflammatoria hepatis*, febrem intermittentem concomitans, bilis secretionem largiorem redderet, morbus pro *febre intermittente inflammatorio-biliosa* definiendus foret [88]). Ne vero ex unis ventris

87) §. XXVI. No. 1. (16).

88) Febres intermittentes, quae in Vallachia, Moldavia, Bessarabia, Chersoneso Taurica et in Hungaria inferiore, verbo, in Dacia, endemice grassantur, ad indolem gastrico-inflammatoriam accedere videntur. Illas, duce J. M. Minderero (*über den Hemitritaeus in den südlichen Provinzen des Russischen Reiches.* v. Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1809. 2. *St.* p. 1. etiam Berolini 1809.) pro peculiari morbo sub nomine *Hemitritaei Daciae* quondam (in prima scilicet hujus operis editione §. XLVI.) declaravi, idque immerito. Serius enim plurimi medici experti, qui diu in Dacia praxin exercuerunt, de intermittente illius hemitritaei indole me certiorem reddiderunt. Praeterea ipse reliquias hujus morbi saepius Vilnae inter centuriones militum, qui ad exercitum Moldavicum spectarunt, observavi invenique, illas omni sub respectu cum malis, a febribus intermittentibus alias relictis, convenire. Ac re quidem vera, si perpendamus, febres, de quibus sermo est, in regionibus paludosis, aestate in autumnum vergente, noctibus frigidis, dies praeter modum calidos excipientibus, regnare, atque somno in aëre aperto, decubitui super solum humidum, esui nimio fructuum horaeorum et praecipue melonum, animi pathematibus et defatigationi ortum debere, indolem illarum intermittentem ex *aetiologia* probatam habemus. Accedit *symptomatologia*, veram imaginem *febris intermittentis subcontinuae Tortii* exhibens. Mor-

tris cruciatibus, inprimis si sub attactu non augeantur, ad affectionem inflammatoriam hepatis aut

bus enim extemplo plerumque horis pomeridianis a frigore, haud tamen constanti, incipit. Mox sequitur calor intensus viscera adurens. Aeger debilitatem artuum, dolorem lumborum, ardorem in regione epigastrica, anxietatem, nauseam, vomituritionem accusat. Accedit vomitus biliosus sine levamine ac sub continua jactatione. Ita pungentes dolores hypochondriorum et pectoris, cum sensu constrictionis totius abdominis. Alvus aut stricta aut laxata nimis. Faeces biliosae, foetidae. Urina parca, obscure rubra, potus coffeae instar, interdum atra. Superficies corporis ab initio sicca, aspera, dein humida. Vigente vomitu sudor copiosus sine levamine prorumpit. Apud plures species urticariae alternatim in cute apparet et evanescit. Sub nixu ad vomitum, vomituque ipso, non raro epistaxis, absque symptomatum imminutione, in conspectum venit. Urgent inquietudo, insomnia, cephalaea, delirium, siccitas oris, sitis inexplebilis, angustia respirationis. Facies collabitur atque a forma consueta valde recedit; oculi in orbita profunde jacent, eorum ictus ferox. Vasa albugineae turgent, ipsa vero albuginea non flavet. Pulsus inconstans. Lingua pura, serius tantum alba, flava, nigra. Circa mediam noctem angustiae, vomitus et calor remittunt, pulsus vero febrilis manet. Secunda morbi die mane morbus de novo exacerbatur, iisdem symptomatibus, sed majori vi urgentibus. Sitis praecipue intolerabilis et potus ingurgitatus vomitu redditur. Versus meridiem nova remissio, citra eam pulsuum. Tertia die aeger expergefit sublevatus, et stadium remissionis ad pomeridianas horas protrahitur. Exacerbatio hic in-

aut reliquorum viscerum abdominalium concludas! Pluries enim experti sumus, hujusmodi cruciatus nil nisi effectum ipsius bilis esse.

21. *Com-*

gruens minoris momenti esse solet. Ita exacerbationes longiores sed mitiores, cum exacerbationibus brevioribus sed fortioribus alternatim eodem ordine eademque vi contingunt ad septimam usque diem. Hoc tempore symptomata ad acmen perveniunt. Si tunc vomitus creber spontaneus oriatur, si faeces foetidae, biliosae copiose secedant, si urina multa rubra, — crisis. Alias remissiones evanescunt, febrisque fit quasi continens cum delirio, sopore, cutis colore flavo, singultu, tremoribus, subsultibus tendinum, alvo clausa, abdomine tumido. Mors sequitur die decima quarta, vel si tardissime, die vigesima. Non raro vero morbus in febrem intermittentem transit, sed rebellem, aegrum ad ossa usque emaciantem, interdum tetano vel parotidibus stipatam. Nec *autopsiae cadaverum* alia largiuntur symptomata, quam illa, quae post febres intermittentes observari solent. Inveniuntur nimirum in *cavitate cranii* — fluidum viridescens, vasa cerebri et meningum valde dilatata, et sanguine turgida; in *pectoris cavo* — pulmones sanguine referti, coloris viridis nigrescentis; in *abdomine* singula viscera lurida, viridia, ventriculus et intestina flatibus distenta, arteriae coronariae ventriculi et vasa sanguinea intestinorum admodum ampla, universus tubus intestinalis colluvie obscuro-viridescente, odoris specifici, obductus, tamen sine notis inflammatoriis; hepar volumine auctum et colore solito obscuriore notatum, cystis fellea bile tenaci repleta et lien interdum turgidus. Quodsi Minderer neget, febres Daciae ad intermittentes spectare, quia cinchonâ non debellantur; ad-

Diagnosis febr. int. gastr. pituitosae.

21. *Complicatio pituitosa* in febribus intermittentibus catarrhalibus obvenire solet. Verisimile est, irritationem membranae mucosae ventriculum et intestina investientis ita *mucum* largiri, uti irritatio hepatis bilem largitur. Nec mirum, si mucus tenax, facile acidam induens naturam, tubum intestinalem obruendo, symptomatum gastricorum cohortem excitet. Inter haec communia sunt, dolor ventriculi, screatio frequens, vomituritio, vomitusque pituitae, aphthae et inquietudo.

Diagnosis febr. int. gastr. verminosae.

22. Febrium intermittentium *complicatio verminosa* omni aevo observata est[89]). Communis obser-

versarii id in morbi quidem principio, at non serius, concedunt. Et quomodo cortex in febre intermittente, complicationem gastricam exhibente, nullis praemissis evacuationibus, conducere posset? Verum MINDERER praeterea *emetica* damnat. Neque id mirum. Quamvis enim autopsiae cadaverum veram inflammationem non patefaciant, testantur tamen de congestionibus in cerebro, pulmonibus, ventriculo et hepate. Hae sane evacuationum sanguinis saltem localium ope ante usum emeticorum debellandae forent.

89) FORESTUS Lib. III. obs. 44. (febris tertiana in puero trienni unis anthelminthicis fugata); S. FORMIUS apud RIVERIUM obs. commun. 12. p. 329. (tertiana rejecta taenia debellata); J. CHR. WINKLER Eph. Nat. Cur. Dec. I. a. 6 et 7. obs. 4. (puella annorum quindecim ope vermifugi a tertiana duplici liberata); CHR. F. PAULINI ibid. Dec. II. a. 5. append. obs. 22. (quartana expulsis per jalappam vermibus suppressa); GER-

observatur haec complicatio in Lithuania, idque non solum inter pueros, sed etiam inter adultos, praesertim sexus sequioris. Palam illa fit peculiari corporis aegrotantis habitu aliisque symptomatibus vermium, alibi describendis, maxime vero pruritu narium, epistaxi, et inquietudine sub somno, alias vigente apyrexia febricitantibus placide concesso. Ne vero affectiones inflammatoriae glandularum mesenterii, quippe quae saepius symptomata illis vermium intestinalium similia offerant, nos in errorem inducant, cavendum.

23. Postremo ad *complicationes*, quas febres intermittentes, cujuscunque demum indolis, cum *morbis chronicis*, aut saltem, in hominibus valetudinariis, cum praedispositione ad illos ineunt, respiciendum est[90]). Tali complicationi adscribi debet, Complicatio febr. inter. cum morbis chronicis.

BEZ ibid. Dec. III. a. 1. obs. 136. (quartana cum rejectione frustuli carnis suillae putridae a multis vermibus circumdati cessans); J. A. Hünerwolff ibid. a. 2. obs. 96. (tertiana rebellis in infante trienni ope calomel devicta); J. J. Neuhold act. phys. med. nat. cur. Vol. III. append. obs. 4. (cessatio spontanea tertianae reddito per os verme). Plurimos aegros anthelminthicorum ope a febribus intermittentibus liberavi; in multis aliis evacuatio ascaridum cinchonae viam sternebat. Tortii enim saepe valet sententia, vermes potius esse *comites*, quam caussam febrium intermittentium. (Op. c. Lib. V. c. 6. p. 43.).

90) Sic Celsus: „Neque hercule satis est, ipsas tantum febres medicum intueri, sed etiam totius corporis

debet, quod aliquando febres intermittentes, etiamsi non perniciosae[91]), vitae nihilominus insidias struunt. Quoties illa obvenit, mutationes, quas febres intermittentes, tum vigente paroxysmo tum apyrexiae tempore, propter praesentiam e. c. hysteriae, hypochondriasis, scrophularum, haemorrhoidum, arthritidis, scorbuti[92]), atoniae[93]) etc. subeunt, probe perpendendae sunt. Hoc enim opere (pro quo elementa in hujus tractatus curriculo passim obveniunt) neglecto, tota ex libris hausta scientia ad aegrorum lectos corruit.

## §. XXIX.

### *P r o g n o s i s.*

Periculum. 1. „Quocumque modo (febres) intermiserint, quod sine periculo sint significant;" ita HIPPOCRATES[1]). Verum neque post detectam corticis cinchonae virtutem talem, forte aliter interpretandam[2]),

habitus, et ad eum dirigere curationem seu supersunt vires, seu desunt, seu quidam mali effectus intervenerunt." (Lib. III. cap. 6.).

91) „*Sotto il nome di perniciose noi non comprendiamo già una famiglia particolare di febbri e divise dalle intermittenti; ma solamente un genere di febbri intermittenti congiunte a tal patologico disordine di funzioni organiche che m i n a c c i a  l a  v i t a l i t à  a d  o g n i  r i n o v e l l a r s i  d e' p a r o s s i s m i.*" PUCCINOTTI *storia etc. Lib. I.* p. 50.

92) PUCCINOTTI l. c. p. 32.

93) PUCCINOTTI l. c. p. 35.

1) Aphorismorum Sect. IV. Aphor. 43.

dam[2]), sententiam pronunciare audemus. Periculi enim plenae sunt febres intermittentes perniciosae; nec ceterae, quamvis re ipsa non perniciosae, omnino innocuae observantur, praecipue dum, ut monuimus, valetudinarios, gravidas[3]) puerperas, infantes aut senes[4]) invadunt. Intermittens si fiat vere continua, aeger plerumque morietur; *vere*, inquam, continua, nam febris *subcontinua* nequaquam pertinet ad febres continuas. Maxime enim errat Reil, ubi contrarium contendit[5]). Extant febres intermittentes, quae licet minime periculosae, attamen rebelles sunt, et vice versa. In genere febres intermittentes cernuntur graviores, dum epidemice, praecipue autumno, vel etiam vere, subsequente aestate humida, regnant, dum noctu invadunt, in obesis, in potatoribus, in aegris corticem cinchonae vel cibos omnino respuentibus; in iis, qui continua

oris

2) Forte febres continuae, *quae ad intermittentes spectant*, non sunt periculosae? Cfr. Werlhoff l. c. Sect. I. §. 4.

3) Fr. Hoffmann (med. rat. systema T. IV. P. I. S. I. c. 2. thes. patholog. §. 18.) docet, gravidas nonnisi partus ope a quartanis liberari. Quartanas ego quidem in gravidis hucusque non curavi, at plures tertianas idque feliciter. Teste J. Lanzonio (Eph. Nat. Cur. Dec. III. a. 5 et 6. obs. 284.) interdum abortus succurrit.

4) Alberti diss. de febre intermittente senibus letifera. Hal. 1754.

5) Op. cit. 2. *Th.* p. 119.

oris siccitate laborant, in arthriticis, vel qui visceribus aliunde labefactatis instructi sunt. Hisce enim in casibus et fere semper, quando febris intermittens, praesertim autumnalis, negligitur aut male curatur, vel sanata febre alia imminent pericula[6]), videlicet (ne dicamus de morbi recidiva[7])), dyspepsia, lienis tumor[8]), obstructiones hepatis et glandularum mesenterii, oedema pedum, hydrops ascites, rhachitis[9]), arthritis, scorbutus, hypochondriasis[10]), haemorrhoides[11]), diabetes[12]),

6) A. B. Ranoe observata circa febrium intermittentium diuturnarum et male tractatarum sequelas. v. acta R. soc. med. Havniens. Vol. I. p. 385. F. L. Bang observationes practicae circa nexum febrium intermittentium cum aliis morbis ibid. Vol. II. p. 214. — Quodsi gravissimos morbos, in quibus consilium meum unquam expetitum fuit, ad memoriam revocem, fateri adigor, *maximam illorum morborum partem ex febribus intermittentibus, sive neglectis sive male curatis, primam traxisse originem.*

7) V. infra §. LI.

8) Sydenham (op. c. Sect. I. c. 5. §. 44.) lienis tumorem veluti crisin febrium intermittentium considerat. Mihi ille tumor est malum, febre praecedente longe pejus.

9) Sydenham l. c. §. 42. 45. — Rosenstein apud Trnka l. c. p. 163.

10) Schenk Lib. I. obs. 6. Ettmüller de abusu praecipit. c. 3. §. 5. Horst Lib. X. obs. 28.

11) Werlhof Op. c. Sect. III. §. 6. p. 97. Multos vidi homines haemorrhoidibus laborantes, qui, ante-

betes[12]), gonorrhoea[13]), tetanus[14]), mania[15]) aliaque nervorum mala[16]).

2. At

quam febres intermittentes perpessi erant, illas plane ignoraverant.

12) Sydenham epist. responsor. I. §. 33. Fere omnes, quos vidi diabeticos (illorum numerus ad quindecim ascendit) graves febres intermittentes perpessi erant.

13) De *libidine* cum *spermatis dolorifica evacuatione* post quartanam testatur Hannaeus (Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 4. obs. 113.). Curavi Vilnae Drm. K . . . . ski, alumnum seminarii medici, qui post febrem intermittentem tertianam, cortice, praemissis evacuationibus tubi intestinalis, fugatam, in *pollutiones nocturnas* adeo repetitas incidit, ut tabis dorsalis periculum eo magis urgeret, quo magis aegrotus simul de saevo lumborum dolore conquerebatur. Multa contra haec mala adhibita fuerunt auxilia, at omnia incassum, donec adventante *febris recidiva eaque naturae commissa*, tertius paroxysmus illa sponte debellaverit. De *satyriasi* lethali ex febre intermittente legitur apud Cabriolum v. Trnka l. c. p. 163.

14) Morgenstern in nov. act. phys. med. nat. cur. T. III. obs. 74.

15) Sydenham opp. T. I. Sect. I. c. 3. E. Hagedorn obs. et hist. med. pract. Cent. III. Francf. et Lips. 1698. — Fr. Hoffmann consult. et respons. Cent. I. T. I. cas. 36. Francf. ad Moen. 1734. — Collin ann. med. III. Pars. 1. Vindob. 1764. p. 78—81. — Van den Bosch histor. constitut. verminosae. Lugd. Bat. 1769. — *Verhandelingen uitgeg. d. de Maatschappy der Weetenschap. te Haarlem XIV.* 1773. — Strack l. c. p. 21. — Keup in Baldinger's *neuem Magazin der Heilk.* 10. *B.* p. 76. — et Sebastian *Bemerkungen über*

Utilitas. 2. At non reticendum, valetudinarios interdum in ipsa febre intermittente, potissimum vernali, remedium invenire. Quamvis enim virtus salutifera febrium intermittentium plus quam par est jactata sit[17]), fateri tamen oportet, cum BOERHAAVIO[18]), FR. HOFFMANNO[19]) aliisque summis viris, illarum ope sanatas fuisse lepram[20]), cephalaeam periodicam[21]) aliosque dolores habituales[22]), apoplexiam[23]), paralysin[24]), epilepsiam[25]), hypo-

*die Melancholie u. Manie als Nachkrankheiten d. Wechselfieber.* v. HUFELAND's *Journ. der prakt. Heilk.* 1823. *Junius* p. 3.

16) E. c. *amaurosis* (v. HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk.* 5. *B.* 3. *St.* 1811.). Huc spectare quoque videtur peculiaris *idiosyncrasia*, quam puella post febrem tertianam acquisivit. Abhorrebat nimirum a cerevisia et a vino., v. MERKLIN in Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 5. obs. 244.

17) Cap. I. §. XIX. No. 1. (8).

18) Consult. et respons. med. Vol. II. cas. 19 et 21. Goett. 1752.

19) Med. rat. syst. T. III. Sect. II. c. 1. §. 25.

20) FORESTUS l. c. obs. 32. schol.

21) SWIETEN comment. ad aph. 754.

22) SWIETEN l. c. (dolor scapulae dextrae).

23) WERLHOF l. c. Sect. IV. §. 3.

24) ELLER *med. chir. Anmerk.* p. 15. 18. PAULI act. phys. med. nat. cur. Vol. V. obs. 64. COLE hypotyposis super febr. interm.

25) HIPPOCRATES Sect. V. aph. 70. — GALENUS comment. in Hippocrat. Epid. Lib. I. ad No. 4. — SALMUTH Cent. II. obs. 84. — LANZONI Eph. Nat. Cur.

hypochondriasin [26]) aliaque mala nervorum [27]), blennorrhoeam aurium [28]), praedispositionem ad phthisin pulmonalem [29]), cordis motus perversos [30]), stomacacen [31]), metrorrhagiam menstruam [32]) et tumores mammae [33]). Praeterea febres intermittentes, nisi pestem [34]), saltem alios morbos

U 2 acutos

Dec. III. Append. p. 20. obs. 29. — Crüger ibid. a. 3. obs. 148. (saltem quousque quartana duravit, epilepsia habitualis non comparuit).

26) Ballonius epidem. et ephem. L. II. Const. aest. a. 1579. p. 174. — Fr. Hoffmann l. c. — Rothart *Beyträge zur Arzneywissenschaft*. No. 2. p. 17. — Lib. Bar. F... virum summopere hypochondriacum, Vilnae curavi. Quo primum is in febrem intermittentem inciderat, de malis illius sociis rationem reddens, haec habita ratione passionum habitualium, nunc suspensarum, nullius esse momenti asserebat. Permisi hinc, ut febris defervesceret. Ea tandem sponte cessante, vix vestigium hypochondriasis remansit.

27) Cole l. c. c. 8. §. 4.

28) Binninger Cent. I. obs. 84.

29) Plus vice simplici istam Sydenhami observationem confirmatam habui. Regiones vero febribus intermittentibus faventes, evolutioni phthiseos pulmonalis obstare, ut contendit Well (*transaction of a society for the improvement of med. and chir. knowledge. Vol.* 3. *No.* 33.), fabula est.

30) De la Hire *hist. de l'acad. R. des sciences à Paris, a.* 1718.

31) Amat. Lusitan. Cent. I. cur. 85.

32) P. Romelius Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 7. obs. 213.

33) Colino l. c. §. 91.

34) Mye de morbis Bredanis p. 5.

acutos avertunt[35]). Saepissime corporis incrementum promovent[36]).

Restrictio. 3. Interim non reticemus, a nobis longe plures casus observatos esse ubi febres intermittentes morbis aliis supervenerunt, quin vel minimum levamen attulerint[37]). Immo hinc inde pristinus ab illis aggravatus fuit morbus[38]).

P. stadiorum. 4. Horror importunior fit illis, qui vomunt. Frigus forte atque diu durans, per se neque diuturnitatem morbi, neque ejus periculum semper denotat. Contrarium opinatur Klein[39]). Qui febribus

35) Jam Hippocrates vim febrium quartanarum, alios morbos graves avertendi, cognoverat. (Epidem. Lib. VI. Sect. 6. text. 9.). Ego saltem, infantum, qui febribus intermittentibus laborabant, simul aliis morbis epidemicis correptorum non recordor.

36) Wierus puellam vidit, e stirpe quoad staturam ordinaria ortum ducentem, quae usque ad aetatis annum duodecimum potius parva erat, quo autem tempore, perpessa febrem intermittentem quartanam collossea evasit. J. H. Schulze exemplum juvenis narrat, qui post quartanam, quae triennium perdurabat, ulnam in longitudinem increvit. (Trnka l. c. p. 213.). Cfr. *Bref exposé de la cause des resultats et du traitement de l'accroissement trop rapide.* In *Journ. complémentaire au dict. des sciences médicales. T. XIII.* 50 *cah.* p. 127.

37) Coling l. c. §. 87. (Hemiplegia incassum levamen a febre intermittente tertiana exspectabat).

38) Fr. Hoffmann op. c. T. IV. P. 3. S. 2. c. 3. obs. 7. (Febris tertiana hydropi superveniens lethalis).

39) l. c. p. 59.

bribus intermittentibus moriuntur, saepe quidem sub frigore, ergo in principio paroxysmi excedunt e vita[40]), sed et tardius[41]). Nulla constans proportio inter stadium frigoris et caloris. Paroxysmus, qui sine sudore terminatur, rebellem febrem indicat. Sistit enim sudor, nisi totius morbi[42]), saltem unius cujusque paroxysmi *crisin*. Critica quoque visa est diarrhoea[43]). Ex urina crassiori et turbida, febris decursus brevis, et ex clara tenui,

40) Sydenham Sect. I. c. 5. §. 2. — R. A. Vogel de cognosc. et cur. morb. §. 16. — Holler in coac. praenot. Hippocratis p. 302. — Rayger schol. ad Spindler obs. 35. Fr. Hoffmann l. c. T. IV. P. I. cas. 2. thes. pract. §. 21. — Senac l. c. p. 106. („Id equidem in adultiori aetate infrequens est periculum; sed in *senectute* non raro impendere solet").

41) Sub *caloris stadio* humorum tantus caput versus erat impetus, ut oculi extra orbitas pellerentur. Aegrorum alter ruptis vasis sanguineis obiit. v. Ballonium epid. et ephem. Lib. II. const. aestiv. a. 1579. p. 174.

42) De sudore quidem febrium intermittentium crisi testantur praeter alios Bartholinus (hist. anat. rar. Cent. III. obs. 88.) et Swieten (comment. ad aphor. 764.); verum ego potius cum Senac (op. c. p. 109.) dicam: „licet (per sudores) sublevetur corpus evanescente paroxysmo, *non tollitur febris causa;* quin imo hoc levamine exhauriuntur aegri."

43) Bartholinus l. c. Cent. II. hist. 56. — Horst obs. Lib. I. obs. 7. — Dodonaeus annot. in Benivieni cap. 59. p. 221. — Lanzoni Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 9. obs. 207. Schol. — Swieten comment. ad aph. 754.

nui, intense rubra, ignea, contrarium praesagiri posse, traditum est[44]; verum saepe vidimus, rem se ita non habuisse[45]. Sanguinis largus fluxus e naribus, plerumque bonum[46], e contra paucae guttulae, malum. Et haemorrhoidum fluxus aliquando salutaris[47]. Idem de quibusdam vitiis cutis, videlicet de illius flavedine[48], deque psydracia[49], furunculo[50], pustulis[51], maculis, tum

44) Klein l. c. p. 95.

45) Febrem quartanam duplicem *magno urinarum profluvio* fugatam fuisse, refert Hertod in Eph. Nat. Cur. Dec. I. a. 2. obs. 143.

46) Prosper Alpinus (de praesagienda vita et morte L. VII. c. 2. §. 5. et L. VI. c. 13. §. 3.) narrat se ipsum post epistaxin sex librarum a quartana liberatum fuisse. Casus similes leguntur apud Riverium Cent. IV. obs. 61. — Mayer Eph. Nat. Cur. Cent. VI. obs. 60. et Haen rat. med. P. XI. c. 1. §. 1. Debent vero hi casus probe a febre intermittente cum perniciosa epistaxi distingui.

47) Haen l. c. §. 4. et propria experientia.

48) Forestus L. III. obs. 10. — Plater obs. L. II. p. 334. — Sauvages nosol. method. T. III. P. 2. cl. 10. ord. 6. art. 30. No. 2. Simplex, de qua hic agitur, flavedo cutis, probe ab ictero distingui debet.

49) Huc scilicet *scabiem criticam* revoco, de qua loquuntur Alberti diss. de effect. prurig. §. 124., Boerhaave consult. med. Vol. I. cas. 22. Riverius Cent. IV. obs. 41., Bartholinus Cent. IV. hist. 35., Smetius miscell. med. p. 550. Welschius Eph. Nat. Cur. Dec. I. a. 4. et aph. 44. obs. 85. Coling l. c. §. 91. Sennert de febr. L. II. c. 17.

tum nigris[52]), tum albis[53]), maxime vero de hydrois[54]) valet. Optimum si aeger screator factus est, et si apyrexia perfecta observatur.

5. Extant febres intermittentes, adeo perniciosae, ut aegrum secundo sive tertio paroxysmo e medio tollant[55]). Imo suspicamur, eas interdum vel prima accessione necare, et funera plura improvisa, P. feb. int. perniciosarum.

50) Madai l. c. §. 129.

51) Weber obs. med. fasc. II. obs. 4. p. 13. (Socia Leucophlegmatia).

52) Silvaticus v. Rhodius Cent. I. obs. 16.

53) C. Piso de serosa colluvie. Sect. VI, obs. 177.

54) Jam Hippocrates (epid. Lib. IV. text. 41.) docuit *ulcuscula ad labia* febrem tertianam solvere, quod confirmatur a Werlhof (l. c. Sect. II. §. 8.), Morgagni (op. c. epist. XLIX. 21.) et propria experientia. Interea saepe hydroa labiorum vidi, quin febris intermittens, saltem illico cessaret, quod jam pridem animadverterat Pechlinus (obs. phys. med. L. II. obs. 20.). Sebastian (l. c.) hydroa ista non pro crisi febris, sed pro illa affectionis hepatis, febris sociae habet. Pro hac opinione, caeterum difficulter probanda, loquitur tamen observatio mea, hydrois labiorum utplurimum labium *dextrum*, latus igitur hepati respondens, detineri.

55) J. C. Dupont des Landes *histoire d'une fièvre qui a enlevé le malade au bout de 24 heures, sur laquelle on appelle la décision de cette question, savoir: si elle doit être rangée parmi les ataxiques intermittentes, ou parmi les ataxiques continues.* v. Sedillot *recueil périodique de la soc. de médecine de Paris. T.* 32. p. 353.

provisa, quae apoplexiae, convulsionibus, cholerae tribuuntur, et tunc accidunt, dum febres intermittentes perniciosae grassantur, paroxysmo illarum primo, jam letali, adscribenda esse. In genere pernicies harum febrium eo major esse solet, quo majores anxietas praecordiorum et inquietudo.

P. typorum. 6. Vim, diuturnitatem et periculum febrium intermittentium magis a constitutione annua et aegrorum pendere, quam a typo, quem sequuntur, persuasum habemus. Excipi tamen merentur febres intermittentes subcontinuae, quae, si perniciosae, omnium perniciosissimae[56]). Ex paroxysmo anticipante vel retardante, nil concludi potest[57]),

56) „At in *semitertiana* appellata contingit quidem et acutos morbos fieri, et est haec prae aliis maxime lethalis." (HIPPOCRATES I. epidem. Sect. III. text. 5.) — „Periculosa porro est semitertiana" et „in universum ferus periculosissimusque hic typus est." (GALEN. lib. de typo. cap. 8.) — „Alterum *longe perniciosius*, quod tertio quidem revertitur, ex octo autem et quadraginta horis fere sex et triginta per accessiones occupat (interdum etiam vel plus vel minus), neque ex toto in remissione desistit, sed tantum levius est. Id genus plerique medici *Hemitritaeum* vocant." (C. CELSUS lib. III. cap. 3.) — „Gravissima sunt et terrifica symptomata, quae hemitritaeos comitantur." Et „Semitertiana morbus est *maxime periculosus*, saepe corripit virilem aetatem, vel eidem proximam, potissimum tempore autumni." (BAGLIVI prax. med. L. I.),

est[57]), nisi simul duratio paroxysmi major vel minor fiat, quo in casu primum, utpote transitum in febrem continuam indicans[58]), malum, alterum bonum. Febris intermittens *quotidiana* pro rebelli et diuturna haberi solet[59]), opinio haec verisimiliter illius cum febribus hecticis confusioni[60]) innititur. Nos saltem in curandis quotidianis legitimis, aliam difficultatem, praeter eam, quae ex apyrexiae brevitate, quippe continuationi febrifugorum obstante, emergit, non invenimus. Idem fere de *tertiana duplici* dicendum. *Tertiana* inter omnes intermittentes facilius sanatur. Terminatur ea septimo utplurimum paroxysmo[61]); aliquando vero aut citius[62]), aut tardius[63]). Quo ultimo in casu transitus illius in

57) Galenus jam observavit nonnullas febrium intermittentium epidemias id *proprium habere*, quod illarum paroxysmi anticipent.

58) Pulchre hoc argumentum dilucidavit Forestus. Lib. III. obs. 26. nota.

59) Forestus Lib. III. obs. 21. schol. — Madai l. c. §. 160.

60) §. XXVIII. No. 9. (45).

61) Hippocrates Sect. IV. aph. 59. — Schlierbach act. phys. med. nat. cur. Vol. VI. obs. 61. — Forestus l. c. obs. 4. 7. 10.

62) Forestus l. c. obs. 2. 3. (tertianas describit tertio et quinto paroxysmo terminatas, quarum plurimas vidi, praesertim inter recidivas).

63) Forestus l. c. obs. 9. (nono paroxysmo terminata)

in febrem quartanam timendus est[64]). Tertianas periculo destitutas esse[65]), perniciosis, quae libenter alternis diebus recurrunt, refutatur. Tertiana laborantes facile hecticos fieri[66]), nunquam observavimus: qui hanc morborum successionem animadvertisse testantur, forte febrem hecticam intermittentis instar decurrentem, cum legitima tertiana confuderunt. In tertianis tertius paroxysmus plerumque est gravissimus, qui si mitis, indicium habes brevis ac mitis febris[67]). *Quartana*, praesertim autumnalis[68]), medicorum quondam scandalum, maxime diuturna est[69]). Caeterum ea

— M. Donatus L. III. c. 14. (decimo nono paroxysmo cessans). Inter rusticos et pauperes innumerabiles tertianas ad mensem et longe ulterius protractas vidi.

64) Riverius Cent. III. Append. ad obs. ult. p. 257.

65) Galenus de art. cur. ad Glauc. L. I. c. 8. et quodammodo Forestus l. c. obs. 6. schol.

66) Klein op. cit. p. 99.

67) Werlhof de febribus Sect. 1.

68) Pulchre Hippocrates (Sect. I. aph. 25.) quartanas *aestivas*, quippe breves, ab autumnalibus, quippe longis, distinxit.

69) Quartanam minimum annum perdurare edixit Hippocrates (epidem. L. VI. Sect. 6. text. 23.). Cfr. Sydenham Sect. I. c. 5. §. 10. Militem, *computatis simul recidivis*, tres annos febre quartana laborantem vidi. Sic et illorum interpretor observationes, qui narrant de quartanis protractis ad *annos quinque* (F. Mena lib. de febrib. c. 3.); — *septem* (Wierus med. obs. rar. p. 37.); — *octo* (Forestus l. c.); — *novem*

ea in hominibus aetate florentibus et aliunde sanis raro periculosa evadit. Alias ex quartana facile oriuntur morbi chronici, inter quos saepissime hydrops et scorbutus[70]). Contenditur, quod maxima pars hominum qui ad aetatem admodum provectam pervenerunt, in vitae curriculo quartanam perpessi sint[71]). Falsum est, quartanam homi-

(Fernelius patholog. Lib. IV. c. 14.); — *duodecim* (Bautzmann in Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 8. obs. 45.); — *tredecim* (Fabr. ab Aquapendente v. Madai l. c.); — *octodecim* (Madai l. c. §. 144.); — *viginti* (Eph. Nat. Cur. Dec. III. a. 9. obs. 51.); — *viginti duos* (A. Massaria de febr. L. VII. c. 11.); — *viginti quatuor* (Ridus Trasimenus de reb. coel. L. VIII. c. ult.); — *triginta tres* (Wierus l. c. p. 36. 37. Binninger Cent. V. obs. 64.); — et *quadraginta octo* (Gabelschower Cent. VI. obs. 74.).

70) Quartanam pro minime periculosa declararunt Hippocrates (Epid. L. I. Sect. 3. text. 2.) et Galenus (de art. cur. ad Glauc. L. I. c. 8.). Forestus (Comment. III. in Hippocrat. epidem. Lib. I. ad No. 4.) hanc declarationem jure restrinxit. Observavit nimirum epidemias febrium intermittentium cum typo quartano, quae periculo non vacabant. Praeterea quartana senibus valde infensa est. Nec desunt exempla febrium intermittentium perniciosarum typo quartano alligatarum. Memorabilis est observatio Wieri (l. c. p. 37.) febris videlicet *quartanae habitualis*, quae, quum tandem cessasset, mortem post se traxit. Cfr. Juch diss. de morbis ex febre quartana male curata, eosque legitime curandi methodo. Erf. 1735.

71) Boerhaave aphor. 745. — Fr. Hoffmann op. c.

hominem bis non aggredi [72]). — *Febris quintana,* pro

T. IV. P. I. Sect. I. c. 2. Thes. patholog. §. 19. — De la Hire *hist. de l'acad. R. de méd. à Paris. a.* 1718. Nic. Chesnau obs. med. L. IV. c. 4. obs. 4. p. 450. et Werlhof l. c. Sect. V. §. 9. obs. part. 41. p. 249. Mirandum memorabile istud argumentum in macrobiotica Hufelandii, plane silentio praeteritum fuisse. Quamvis enim in ea verser opinione, homines qui provectissimam aetatem attigerunt, sicuti alias multas aerumnas, ita etiam quartanas perpessos fuisse; attamen observationem ab auctoritate tot cl. virorum suffultam, ulteriore indagatione dignam existimavi; idque eo magis, quum, si verum foret febres intermittentes potissimum ex affectione medullae spinalis proficisci, illarum cum longaevitate nexus, magni evaderet momenti. Domus senum receptioni dicatas, optimam hujusmodi rem indagandi occasionem praebere putans, ex duabus illarum sequentes notitias, quas humanitati D. doctoris Schiffner, medici primarii nosocomii civici Vindobonensis, et Consiliarii Sax medici domi militum invalidorum Vilnensis debeo, accepi. In domo senum, sic dicta, *beim blauen Herregott*, inter 36 homines, ab anno aetatis 80 ad 98; 13 *nullas* febres intermittentes experti sunt. Laborarunt *quotidiana* — 4; *tertiana* — 9; *quotidianá* et *tertianá* — 4; *quotidiana*, *tertiana* et *quartana* — 5. In *domo militum invalidorum inter* 35, illorum qui ab anno 60 — ad a. 90 — aetatis numerabant, ut sequens tabula docet, 25, *quartaná* laborarunt.

pro pessima omnium habita[73]), eandem, quam quar-

| Anno domini | in loco | per spatium | miles | natus annos | nunc invalidis adscriptus ob: |
|---|---|---|---|---|---|
| 1785. | Schwetzingen. | 1. mensis. | I. W. | 60. | dyspnoeam. |
| 1781. | Leitomischel. | 9. mensium. | S. F. | 62. | ulcera pedum. |
| 1782. | Mähr. Neustadt. | 3. mensium. | S. S. | 63. | vitium pectoris. |
| 1809. | Neuheusel. Hung. | 3. hebdomad. | A. T. | 66. | dyspnoeam. |
| 1797. | Semlin. | 4. mensium. | C. S. | 66. | paralysin. |
| 1817. | Petronell. | 2. mensium. | I. St. | 68. | vulnera. |
| 1783. | Hradisch. Hung. | 35. dierum. | S. P. | 70. | debilitat. senil. |
| 1790. | Betzwa. Hung. | 8. mensium. | I. M. | 70. | item. |
| 1786. | Grätz. | 18. dierum. | L. H. | 74. | item. |
| 1799. | Alexandria. | 3. mensium. | G. C. | 75. | item. |
| 1770. | Auspitz. Morav. | 3. mensium | G. B. | 75. | item. |
| 1804. | Mezöhegger. Hung. | 1. mensis. | F. B. | 75. | item. |
| 1783. | Hradisch. | 35. dierum. | M. T. | 75. | item. |
| 1785. | Linz. | 30. dierum. | P. E. | 75. | ocul. debilitat. |
| 1786. | Tundanell. | 21. dierum. | L. H. | 75. | vitium pectoris. |
| 1783. | Gradiska. | 14. dierum. | G. P. | 76. | debilitat. oculor. |
| 1790. | Cremona. | 3. mensium. | K. R. | 76. | debilit. senil. |
| 1776. | Mantua. | 6. mensium. | K. H. | 78. | item. |
| 1793. | Heilbrun. | 3. mensium. | L. B. | 79. | item. |
| 1782. | Reichenau. Bohem. | 20. dierum. | M. L. | 80. | item. |
| 1773. | Brün. | 4. mensium. | S. S. | 80. | item. |
| 1772. | Constanz. | 1. mensis. | M. St. | 83. | item. |
| 1770. | Ofen. | 28. dierum (bis). | I. H. | 84. | item. |
| 1787. | Stuhlweissenburg. | 3. hebdomad. | A. R. | 85. | item. |
| 1760. | Znaim. | 2. mensium. | Ph. F. | 89. | item. |

72) Quartanam unica tantum vice radices agere docuerunt Aetius (Lib. V. c. 82.) et Fernelius de abdit. rer. caus. L. II. c. 13.). Ast in Insubria homines

quartana; admittit prognosin. — Transitus febrium intermittentium duplicium vel duplicatarum in simplices, boni est augurii. Evanescit tunc primum paroxysmus mitior [74]).

P. feb. int. simplicis et complicatae.

7. Febris intermittens legitima *simplex*, concessa facultate corticem cinchonae officinalis adhibendi, eoque optimae notae, quemcumque tandem typum sequatur, facili opera in homine ceteroquin sano vix non semper vincitur. Contrarium vero de febribus intermittentibus *complicatis* dicendum. Febris enim intermittens *inflammatoria* vel *rheumatica* neglecta, sive methodo calefaciente pertractata, nisi spontanea epistaxis succurrat, facile in febrem continuam ruit, symptomatibus catarrhalibus, imo illis peripneumoniae stipatam. Et

cognovi qui, *tempore nonnullorum annorum intermedio*, quartanam secunda vice perpessi sunt. Idem locum habuisse testantur HEUERMANN l. c. p. 47. — C. REIES Elys. jucund. quaest. camp. p. 954. — BENIVIENUS l. c. cap. 59. — WIERUS l. c. p. 38. — MADAI l. c. p. 268. — SYDENHAM opinionem AETII et FERNELII restrinxit, asserendo (Sect. I. c. 5.) alteram quartanae invasionem *breviorem* esse. Id fieri posse docent observationes MADAI (l. c.) et MORTONI (phthisiologia cap. 12. hist. 3.); ast contrarii quoque exstant casus apud MARC. DONATUM et WIERUM (TRNKA l. c. p. 217.).

73) HIPPOCRATES epid. L. I. Sect. 3. 5.

74) Hoc pluries mihi visum phaenomenon jam a GALENO (de crisibus L. II. c. 9.) notatum fuit, confirmatumque a FORESTO (L. V. obs. 11.).

Et *metastases* crebro observantur[75]). Pejores adhuc, si fieri potest, sunt sequelae febris intermittentis *gastricae*, si male tractetur. Hoc enim in casu febris vel in continuam, vel in chronicum morbum transit. Dum primum contingit, aeger ab initio de anxietate et praecordiorum tensione conqueritur; tandem pulsus, sub ipsa apyrexia, frequentia crescit, celerque nec non durus fit. Serius paucae, sed repetitae sanguinis guttae e naribus stillant; oculi flavescunt, lingua sicca crinesque flaccidi evadunt, abdomen in meteorismum ascendit, diarrhoea vires plerumque frangens oritur, atque aeger, forte a *phlebitide* prehensus[76]), in maximo vitae periculo versatur. Dum vero febris, de qua agitur, in morbum chronicum desinit, habitus corporis de die in diem magis evadit cachecticus; urina imminuitur et sedimentum copiosum, plerumque lateritium offert. Vires digestionis admodum labefactatae; abdomen tumidum, lienis vel hepatis volumen auctum tactui exhibet; crura tument; universa cutis, praeprimis autem extremitates inferiores maculis lividis notantur, donec tandem vel hydrops, vel icterus, vel

75) Vogel diss. de metastasibus febrium intermittentium. Goett. 1775.

76) Saltem maxima est similitudo inter aegros, de quibus agitur, illosque, qui *phlebitide* laborant. Cfr. D. Meli *sulle febbri biliose. Milano* 1822. Et ejusdem: *Sulla condizione patologica delle febbri biliose. Nuovi fatti. Milano* 1824.

vel scorbutus, vel labes mesenterii manifesta, in conspectum veniant.

## §. XXX.
### *C u r a.*

Prophylaxis. 1. Multa a Republica, ad febres intermittentes endemicas avertendas, fieri possunt[1]). Huc pertinent: exsiccatio paludum[2]), saltem in viciniis habitationum; constructio molium ad praepediendas inundationes; ventilatio domuum antea inundatarum; leges, quibus oryzae cultura, vel prata paludosa, solum in determinatis distantiis, iisque magnis ab urbibus permittuntur[3]); edicta, ne paludes, quarum superficies jam jam solidescit, sine

1) Agrum Romanum ante urbem conditam sic descripsit Ovidius:

Hìc ubi nunc fora sunt, udae tenuêre paludes,
Amne redundatis fossa madebat aquis.
Curtius ille lacus, siccas qui sustinet aras,
Nunc solida est tellus, sed fuit ante lacus.
Qua velabra solent in circum ducere pompas,
Nil praeter salices cassaque canna fuit.

*Fast.*

Cfr. J. B. Donius de restituenda salubritate agri Romani. Florent. 1647.

2) De Prony *description hydrographique et historique des marais — Pontins, relief du sol, cadastre, détails intérieurs, analyse raisonnée des principaux projets, proposés pour leur dessèchement. Paris* 1824.

3) *Edict des Königreichs Italien vom* 3. *Februar* 1809 *die Reisfelder, Wiesen etc. betreffend.* Vid. *Salzburger med. chirurg. Zeitung* 1809. *No.* 21.

sine necessariis cautelis subverti et reliquae in piscinas converti[4]) possint. Combustio quoque vegetabilium, super solum paludosum, utpote fossis ansam porrigens, prohibenda est[5]). Res publica porro multum inde lucraretur, si cultura illius oryzae, quae in solo sicco vegetat, quaeque nuper in Europam introducta est[6]), universalis reddi

4) „*Un des plus grands fléaux des pays marécageux, est l'établissement des pécheries. Comme les eaux stagnantes sont très-propres à nourrir le poisson, les propriétaires ont un grand intéret à établir, dans plusieurs points des digues et des écluses, qui forment autant d'obstacles à leur cours, et exposent aux accidens le plus graves.*“ Fournier et Bégin l. c.

5) „*. . . le sol qui constituoit le fond des marais est, le plus ordinairement, formé de débris à demi décomposés de substances végétales et animales; ce qui constitue la tourbe. Or, il arrive assés fréquemment, lorsque les cultivateurs brûlent, dans ces champs tourbeux, le chaume ou d'autres productions végétales, que le feu gagne le terrain lui même, et le détruit jusqu'à une profondeur assés considérable, et quelques fois dans une étendue de plusieurs arpens. Cet accident, qui s'est renouvelé plusieurs fois dans les marais Pontins, a pour resultat la formation d'une fosse qui se remplit d'eau.*“ Fournier et Bégin l. c.

6) Ab amicissimis nobis viris Dr. Rehmann et de Carro. De hoc memorabili argumento legi merentur: *Vaterländische Blätter vom* 8. *December* 1819. — *Wiener Zeitung*. 18. *April*, 15. *Julius u.* 5. *Dec.* 1820. — *Oesterreichischer Beobachter.* 15. *April*, 25. *Mai u.* 5. *Sept.* 1819. — 23. *Julius*, 23, *Nov.* 1820. — 8. *März*

reddi posset. Medici militares potissimum Praefectis legionum suggerere deberent, ne praeter necessitatem aquas in fossis urbium munitarum stagnare patiantur; ne militum stationes prope paludes ponantur, neque, si fieri potest, ipsa castra loca uliginosa attingant, aut saltem curent, ut nemus ea a castris separet. Medici nautici periculum patefacere deberent, quod imminet, dum naves prope litora paludosa in anchoris expectant, aut dum nautis et classiariis permittitur noctes in terra uliginosa transigere [7]). Ad pravos effectus aëris nocturni in regionibus calidis praepediendos, lavatio ope aquae sale marino imbutae suadetur [8]). Sunt, qui fumo e caminis emergenti vim, miasma paludum destruendi, tribuant [9]). Multa tandem remedia extraneis per regiones paludosas Italiae iter instituentibus, ad arcendas febres intermittentes, ab incolis suadentur, ad quae esus allii sativi potusque cremati [10]), pertinet. Cortici peruviano

1821. — *Biblioteca Italiana. Decembre* 1822. *Marzo* 1823. — Oryza, de qua sermo est, etiam cum magno successu in horto agrario R. universitatis Ticinensis, ab eximio illius moderatore Moretti, colitur.

7) Wilson l. c. p. 170.

8) Hales in I. Volum. *of the medical museum.*

9) W. Harris in *Philadelphia Journ. of the medical and physical sciences. By* Chapman. 1822. *Vol.* 4.

10) Puccinotti *lettera etc.* p. 17. („*Usano gli agricoltori, che vanno la mattina in frotta per tempissimo a*

ruviano virtutem inesse, febribus intermittentibus in iis occurrendi, qui nondum hoc morbo laborarunt, cum viro experto[11]), negamus. Fertur potius, cortex hujusmodi sano homini porrectus speciem paroxysmi febris intermittentis excitare[12]). In genere febres intermittentes, vel ex paludum praesentia endemicae, vel ex ignota annua constitutione epidemicae, sequentibus avertuntur: fugâ nempe solerti caussarum, hunc morbum excitantium[13]), praecipue humiditatis, somni in aëre aperto[14]), victu nutriente atque facilis digestionis et (nisi corpus humanum alioquin ad morbos inflammatorios praedispositum sit, aut febres intermittentes, quae modo grassantur, characterem inflammatorium prae se ferant) modico vini vel cremati usu. Alias enim victus tenuis[15]) et potus acidulus[16]) eligendi forent. Dum febres intermit-

X 2 tentes

*lavorare ne' luoghi malsani attorno Roma, quasi inebbriarsi coll' acquavite*").

11) Puccinotti l. c.

12) Hahnemann. Vid. Hufeland's *Journal der prakt. Arzneykunde* 2. *B.* 4. *St.* p. 465.

13) §. XXVII. 9.

14) Theden *Unterricht für Wundärzte.* p. 167.

15) Petronius (de victu Romanorum) advenam tempore aestivo Romae degentem monet, ut „*victu tenui ac refrigerante utatur.*"

16) Puccinotti quum rusticum senem, a febribus intermittentibus semper immunem, interrogaret, quonam uteretur prophylactico, is respondit: „*invece dell' acquavite io ho sempre bevuto e la mattina e tra il*

tentes indolis gastricae regnant, illas emeticum interdum avertit[17]). Calomel hîc ut prophylacticum proponere[18]) non audemus. Caeterum ex dictis colligitur prophylaxin febrium intermittentium non esse unam eandemque ubique locorum et omni tempore, sed pro varia illarum febrium indole valdopere differre.

Morbi cura dividitur.

2. *Cura* febris intermittentis bifaria; respicit enim *paroxysmum* et *apyrexiam*. Prima illa ad mitigationem symptomatum, haec ad curam radicalem morbi tendit. Cura autem utraque varia, prout febris intermittens pertinet vel ad manifestas, vel ad larvatas; vel ad simplices, vel ad complicatas. Primum de *manifesta* et *simplici*.

C. imminentis paroxysmi.

3. Cognita circiter hora adventus paroxysmi, aegroto

*giorno grosse giarre di acqua col succo del limone. Mio patre faceva lo stesso ed è morto vecchio in casa sua nel letto. L'anno scorso io perdei due figliuoli in questa Roma. Questi matti non vollero mai lasciare quella maledetta acquavita, che anzi vi ponevono dentro ora la polvere da schioppo, ora il pepe polverizzato. Essi mi morirono tuttidue di febbre; loro danno.*" Et Doni (l. c. p. 172.) inquit: „Erat enim *poscae* usus olim apud milites atque agricolas frequens, quam non sine magna utilitate aestivo tempore rustici nostri usurpare possent." Et Forestus (l. c. Lib. II. obs. 7. Schol.) acetum proponit.

17) „. . . multos in eas (febres intermittentes) inclinantes, concitato, vel etiam repetito *vomitu* ab iis immunes servavi." Senac l. c. lib. II. cap. 4.

18) Cfr. §. XXVII. No. 9. p. 266.

aegroto non permittendum, ut paulo antea ventriculum cibis oneret, vel mentem intendat, facile enim tunc paroxysmus fortior evadit. *Emeticum* ante adventum frigoris porrectum interdum paroxysmum avertit, atque nil impedit, quominus in *rebelli* etiamsi non gastrico, morbo ad hoc deveniamus auxilium, utpote quod praeter virtutem evacuantem alios adhuc non satis intellectos in systema nervorum abdominalium effectus habet. In consuetis autem intermittentibus vomendi conatus molestias paroxysmi adaugent, atque nonnunquam, praecipue apud feminas, vomitus fit effrenis vixque sedandus. — Aliquando paroxysmum praeveniunt guttae quindecim sive viginti *laudani liquidi Sydenhami*, quod remedium tuto adhiberi potest in febre intermittente perfecte simplici, absentibus congestionibus et viscerum obstructionibus, praesertim in aegrotis systemate nervoso admodum sensibili instructis. Consentit in eo et incomparabilis doctrinae vir HEBERDEN [19]). Ante febris adventum *albumen* trium *ovorum* cum aqua tepida et saccharo porrigere consulit SEGUIN [20]). Et *cursus* brevi ante paroxysmum pro medela infallibili febrium intermittentium commendatur [21]). Item *lusus aleae* [22]), et esus allii, aquam

19) Op. cit. p. 142.

20) Vid. *Salzburger med. chirurg. Zeitung.* 1809. *No.* 44.

21) HORST opp. med. exercitat.

22) SCHENK obs. med. Lib. IV.

aquam fervidam cum pipere superbibendo [23]). Rustici in agro Romano solis tunc sese exponunt actioni. Ita et aethiopes atque incolae Jamaicae [24]). Celsus balnea tepida tempore, quo aeger paroxysmum expectat, suaserat [25]). Sunt, qui *balnea pedum calida* [26]) adhibuerunt. Nec defuere *balnei frigidi* laudatores [27]). Ad nos quod spectat, ut paroxysmus febris intermittentis *benignae*, patienter expectetur, pro regula generali habemus.

C. frigoris. 4. Vigente *frigoris stadio*, extremitates aegri linteis calidis circumdantur, saltem pedibus lateres calefacti, vel urcei aqua fervida repleti admoventur. *Vaporis* hîc commendatum *balneum* [28]) difficulter locum habebit. Potus porrigitur tepidus et leniter aromaticus, *infusum* scilicet *florum* sive *foliorum citri aurantiaci*, *florum matricariae chamomillae*, *vel theae viridis*. Verum, aeger minimis haustis bibat oportet, maxima enim damna sibi adferre solent febricitantes, dum largiter potant ineunte paroxysmo. Exstant imo medici, potum hîc omnino prohibentes [29]). *Ligatura brachiorum*,

23) Celsus de re medica. Lib. III. c. 12.

24) Wilson l. c. p. 186. 25) l. c.

26) S. Kosakins *tract. de sale. Sect.* 12. c. 10. p. 64. — Wedel pharmac. acroamat. L. III. Sect. 2.

27) Trnka l. c. p. 427.

28) *Journal de médecine, chirurgie et pharmacie. T. XXXVII. Octob.* 1816.

29) Fr. Hoffmann op. c. T. IV. P. I. Sect. 1. c. 1.

*chiorum*, sive applicatio instrumenti vulgo *tourniquet* ad ea, suadente Kellie[30]), interdum stadium frigoris brevius reddunt, ast paroxysmi curriculum perturbant. Usum *gelatinae animalis* non solum curriculum stadii frigoris imminuere, sed etiam cardialgiam, anxietatem illud concomitantia debellare, Hallé testatur[31]), de quo remedio infra accuratius. Idem effectus a *subcarbonate potassae* sive *calce succo limonum* vel *aceto* nuptis, et sub actu effervescentiae haustis, non raro observatur, quod remedium simul vomitum compescere solet. Huic scopo vel *aqua gase carbonico saturata* non raro satisfacit.

5. Adveniente *caloris stadio* stragula sensim sensimque removenda, *temperatura* cubiculi moderanda, et *potus* frigidiusculus subacidus, e. c. ex aqua *succo saccharato baccarum vaccinii oxycoccos*, *berberis vulgaris*, *citri medicae*, suppeditandus. Nunquam enim observare potuimus, potum acidulum paroxysmos futuros longiores fortioresque reddere, vel corticis cinchonae virtutem infringere, uti tradidit Cl. vir[32]). *Immersio* aegrorum C. caloris.

method. spec. §. 4. Cleghorn. Vid. Wilson op. cit. p. 187.

30) In Duncan's medical commentaries Vol. XIX. *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte. XVII. B.* p. 78.

31) *Journal général de médecine etc. T. XIX.* p. 336. *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte. XXI. B. 4. St.* p. 410.

rum in *aquam frigidam*, ad extinguendum stadium caloris, suadente GIANNINI[33]), nemini arrisit. Nec illa pro nova habenda[34]). Molestam cephalaeam leniunt obscuritas, quies, silentium, erecta aegrorum positio, *cataplasma frigidum ex mica panis, baccis contusis juniperi communis et aceto*, fronti impositum, sinapismi ad suras, praecipue vero *clysteres emollientes*[35]). Venae sectio, et hirudines hîc opem *non* afferunt[36]). Nec pharmaca

32) VICTET op. cit. 33) Op. cit. T. I. p. 54 sq.

34) Jam CNÖFFEL (Eph. Nat. Cur. Dec. I. a. 3. obs. 211.) et E. FRANZISCI (*neupolirter Kunst- und Sittenspiegel ausländ. Völker* p. 1227.) de balneo frigido sub caloris stadio adhibito narrant. At quanto cum damno id factum fuerit testantur ALBRECHT (Ephem. Nat. Cur. Dec. II. a. 9. obs. 78.) et BALLONIUS (epidem. et ephem. Lib. II. Constitut. aestiv. a. 1579. p. 514.).

35) Quanti sint momenti, docuerunt SYDENHAM Sect. I. c. 5. §. 15. — ETTMÜLLER l. c. p. 267. — WERLHOF op. c. Sect. III. §. 12.

36) Mori, in omni febre intermittente venam secandi, primum SYDENHAM frenum injecit (opp. Sect. I. c. 5. §. 25.). Accessit BOERHAAVE (aph. 762.), HEUERMANN (l. c. p. 18.) epidemiam febrium intermittentium descripsit, quae phlebotomiam omnino respuebat. TORTI (obs. med. Sect. I. cap. 5.) affirmat, in febribus intermittentibus a se observatis eadem die, qua sanguis e vena detrahebatur, morbi typum e simplici in duplicem conversum esse. Nec venae sectionibus in febribus intermittentibus favent RAMAZZINI (constitut. rural. a. 1690.) et FR. HOFFMANN (consult. et respons. med. Cent. II et III. cas. 200.). SENAC

maca requiruntur. Quodsi tamen aegroti aut illorum parentes medicamentum quoddam expeterent, plethoricis *nitras potassae*[37]), nervosis *aether nitricus alcoholisatus* praescribi posset[38]). Imo, si cephalaea ultra modum cum nonnullis nervorum turbis urgeret, dummodo omnis desit complicatio inflammatoria et gastrica, consilio Dahlbergii[39]), Lindii[40]) et Odieri[41]) ad *laudanum liquidum* Sydenhami[42]) confugiendum foret, quod aegrotis nostris *adultis* vix non semper maximum hac sub rerum positione solatium attulit. Enim vero cephalaeam compescit, calorem, quod nemo crederet, temperat, atque sudoris adventum promovet.

6. In-

(l. c. Lib. II. cap. 3.) inquit: „fatendum tamen est, eam (venae sectionem) *per se* febribus intermittentibus *non* mederi."

37) R. Nitratis potassae (Nitri) drachmam semis. Aquae rubi idaei uncias quinque, syrupi ejusdem unciam. M.

38) R. Aquae nucleorum pruni cerasi uncias quinque. Spiritus nitri dulcis scrupulum unum. Syrupi Violae odoratae unciam unam. M. D. S. Omni hora cochlearia duo majora.

39) Vid. Murray's *med. prakt. Bibliothek.* 3. *B.* p. 301.

40) *Ueber die Krankh. der Europäer in heissen Klimat. Riga und Leipzig* 1773. 8. p. 295.

41) In *medical and philosophical commentaries by a society in Edinburgh. Vol. VI.* p. 351.

42) R. Aquae melissae uncias quatuor. Laudani liquidi Sydenhami guttas viginti. M. D. S. Omni dimidia hora cochleare majus capiat.

C. sudoris. 6. Ingruente *sudoris stadio*, prima esto regula, ut aeger terminum illius patienter in lectulo, debito modo stragulis obtectus, expectet; alias, a cohibitio scilicet sudore, eo imperfectior erit apyrexia, fortiorque futurus paroxysmus. In genere aegros nil magis sublevat, copioso sudore [43]). Si sitis continuaret, infusum theae vel aliud aromaticum, adjecto succo citri, vel si vires languerent, et sudor ob id non satis expelleretur, cum vino sive taffia porrigi posset. Desiderante aegro nutrimentum, nil impedit, quominus illi jusculum carneum, vel avenaceum sive simile praebeatur. Quo primum autem sudor imminui et lintea eo madida frigescere incipiunt, indusium, stragula et, si possibile, lectus, mutari debent. Nova lintea sicca sint oportet, atque cavendum, ne aura frigida aegrum attingat. Omni sane jure fassus est Kortum [44]), febres intermittentes apud pauperes, vel ex eo, quod beneficio mutationis linteorum a sudore madefactorum destituti sunt, difficilioris curationis esse. Porro quoniam vapor, ex aegro declinante paroxysmo emanans, totum aliquando cubiculum replet, ipse vel ad aliud proximum cubiculum deportandus, vel saltem in pristino illo subfumi-

43) Transpirationis operis inprimis in regionibus calidis summam in febribus intermittentibus rationem habendam esse, suadet inter alios egregius Moseley op. cit. p. 197.

44) l. c. p. 15.

fumigium ex aceto vel aqua aromatica ferro candenti adspersa, instituendum. Ceteras munditiei curas, v. c. lavationem manuum, ablutionem oris, purificationem dentium, linguae, aliaque silentio praeterimus. Sufficiat enim meminisse, nil magis aegrotos recreare, atque morbi curam adjuvare, munditie.

7. Paroxysmus febris intermittentis *larvatae* et *perniciosae*, morbi instar, sub cujus forma illa apparet, curandus. Quamobrem cum vix detur morbus, qui aliquando sub forma febris intermittentis sive larvatae, sive perniciosae non compareat; patet neminem in cura harum febrium excellere posse, qui totam therapiam specialem non calleat. Verum methodum, variis formis morborum accommodatam, dum sub paroxysmo adhibes, nunquam obliviscendum, eam tantummodo ad scopum symptomata leniendi inservire, absolutam autem curam non aliter obtineri posse, quam deducta dein in auxilium methodo specifica febribus intermittentibus consentanea. Sic e. c. in peripneumonia periodica vigente paroxysmo ad venae quidem sectionem recurrendum est (saltem id postulantibus temperamento, aetate aegri, respirationis pulsuumque conditionibus) at non eodem pacto, uti in consueta peripneumonia sis memor, morbum non posse aliter tolli, quam exhibito febrifugo.

C. paroxysmi feb. int. larvat. et pernic.

8. Frigoris stadium, alioqui in *febre intermittente*

C. feb. int. inflammatoriae.

*tente inflammatoria*, plerumque breve[45]), vix medentis auxilium exposcit. Solum cavendum, ne aegrum admodum stragulis cooperiamus, neque illi potum nimis aromaticum et calidum porrigamus, quod consilium dum negligitur, subsequens aestus intendi solet. Quodsi aegrotus potum tepidum respueret frigidumque expeteret, *aqua frigida* haud recusanda foret. Etenim experientia, inprimis in climatibus calidis capta, docuit, ipsam aquam glacialem sub stadio frigoris, in febribus perniciosis cardialgicis, syncopticis, lethargicis et *algidis*, non solum non nocere, sed e contrario ad potiora pertinere auxilia[46]). Adveniente calore capitis

45) §. XXVIII. 16.

46) Mosca (l. c.) inquit: „*Il senso naturale pare che provi della ripugnanza nel voler usare l'acqua nevata nella (febbre intermittente) cardialgica pel gran dolore allo stomaco, nell' algida per lo grandissimo ed universale freddo di tutto il corpo, e nella letargica per la grandissima sonnolenza e torpore. Ma l'innumerabile quantità d'osservazioni fatte in altre febbri di mal costume con quegli ed altri simili sintomi, risanate coll' acqua fredda, dovrà achetare cotesto naturale senso e farlo cedere alle ragioni ed alla sperienza.*" — Et Notarjanni (l. c. p. 73.): „*Molto profitto si è ricavato ancora in queste febbri dalle bevande fredde e della neve istessa sin dalla prima invasione.*" Et Puccinotti (*lettera etc.* p. 37.): „*Io ho sempre sentito da miei infermi di perniciosa algida lamentarsi d'un fuoco che loro avvampava le interne viscere mentre fuori erano freddi come marmo. Tale fu in particolare un certo vignajuolo detto Baldassare della Scalasanta,*

capitis insigni dolore, delirio, aut sopore, sive difficili respiratione stipato, in aegro robusto, succi pleno, favente annua constitutione vel coelo morbis inflammatoriis, praecipue si aeger nuper ex regione frigida ad calidius clima pervenerit[47]), sique morbus recens fuerit, *venae sectio* indicatur[48]), qua neglecta morbi transitus in febrem continuam inevitabilis. Quoad selectum venae sauciandae[49]), *salvatellae* principatus concedi solet[50]). Non omnino indicata venae sectione, inprimis

*il quale mentre si curava da me della sua algida a large dosi di chinachina, non trovava altro ristoro che masticare de' pezzi di ghiaccio, bevere ogni tanto limonate di neve e la stessa corteccia se non era sciolta nell' acqua gelata, ei non poteva ritenerla nello stomaco.*"

47) Vid. Dr. Curtin epist. ad Cl. Duncan in med. comment. Vol. IX.

48) Senac inquit: „Vidi saepissime febres duplices tertianas *unicâ venae sectione* in tertianas simplices abire; media ergo febris potest tolli misso sanguine; sed quod non minoris est momenti, observatione certâ et repetitâ mihi constat, paroxysmos omnino mitiores fieri, vel serius redire; praeterea postquam missus est sanguis, minus urget calor, parcior est sudor, dolor capitis est levior, functiones partium melius procedunt." (Op. c. L. II. cap. 3.).

49) De hoc argumento docte disseruerunt Galenus (de art. cur. ad Glauc. L. I. cap. 2.) et Forestus (L. III. obs. 34. schol. 4. obs. 11.).

50) Zacut. Lusitan. prax. hist. L. IV. c. 26. obs. 22. Prax. admir. L. III. obs. 32. — Pachequus obs. 47.

primis apud infantes, *hirudines* circa loca, in quibus indicia congestionis vel phlogoseos vigent, aut circa illa, e quibus natura salutarem cruoris depletionem minatur [51]), admoveri debent [52]). Dum depletio sanguinis localis ad nucham aut dorsum indicatur, *cucurbitulae sacrificantes* optime conducunt. Praeterea summa ratio *temperaturae* cubiculi habenda, quae sit oportet, si possibile, inter gradum duodecimum et decimum quartum thermometri Reaumurii. Optimus potus hîc *solutio supertartratis potassae* [53]). Adducto aegro ad

*apy-*

commun. RIVER p. 276. BAGLIVIUS prax. med. L. I. c. 2. §. 10.

51) MADAI (l. c. §. 203.) sequentem narrat casum. Femina ab eo tempore, a quo ubera proli praebere inceperat, in tertianam febrem, dolore gravi lumborum stipatam, incidit. Trium prolium haec femina jam pridem mater fuerat; ast tunc catamenia sat cito post partum ingruere erant solita. Haec animadvertens medicus, venam e pede secuit, quo facto morbus extemplo siluit. — Febres intermittentes, quartanis non exceptis, ope aperitionis artificialis haemorrhoidum sanatae, leguntur praeter MADAI (l. c.) apud RIVERIUM prax. med. L. XVII. c. 5. — RAYGERUM schol. ad SPINDLER obs. 43. — FORESTUM L. III. obs. 41 (nisi febris ad hecticas pertinuerit) etc.

52) *Observations de deux fièvres pernicieuses intermittentes traitées par la méthode antiphlogistique, par Mr.* PEREYRA. V. *Journal médical de la Gironde. Décembre* 1824.

53) R. Supertartratis potassae (Cremoris tartari), Sacchari

*apyrexiam*, interdum necessitas venae sectionis reiterandae occurrit [54]), persistentibus nimirum rerum positionibus supra indicatis, et praesertim si illius brevitas [55]) timorem transitus morbi in febrem continuam injiceret. Sanguinis detrahendi copiam determinare haud audemus. Media et hîc tenenda est via, atque magnus virium vitalium respectus habendus, praecipue in regionibus uliginosis. Praeterea vel mixtura ex *nitrate potassae* [56]), vel *pulveres temperantes* [57]) exhibentur, aut, si largior alvina purgatio desideraretur, *sulphas magnesiae*, imperata simul diaeta ex jusculis vegetabilibus et fructibus sive recentibus sive cum saccharo et aqua coctis. Methodus hujusmodi saepe paucorum dierum spatio omnem debellat morbum, usui cinchonae saepe omnino rebellem [58]).

aa unciam unam et semis. Aquae fontis fervidae libras tres. Frigefacta detur. S. pro potu.

54) Forestus (L. III. obs. 2.) se ipsum a febre intermittente tertiana, cujus paroxysmi delirio stipabantur, ope phlebotomiae, *apyrexiae* tempore institutae, liberavit. Ita et alterum aegrum (l. c. obs. 3.). Similia leguntur apud Pechlinum l. c. L. II. obs. 12. — Riverium Cent. I. obs. 20. et Grant l. c. p. 109.

55) Huxham l. c. Werlhof l. c. Sect. III. c. 5.

56) Supra (37).

57) *Pulveres temperantes.* R. Pulv. Supertartratis potassae unciam semis. Nitratis potassae drachmam unam. M. div. in octo pulveres aequales. D. S. Cape omni secunda hora pulverem.

bellem[58]). Quod si autem febris remanserit, ea, deleta inflammatoria complicatione, *simplex* facta, uti talis pertractanda.

C. feb. int. rheumaticae et catarrh.

9. *Febris intermittens rheumatica* et *catarrhalis*, dum fortis, eandem methodum ac inflammatoria exposcit. Contra in morbo miti, aut eo auxiliorum antiphlogisticorum ope, tali reddito, *diapnoicis* indulgendum est; idque praesertim sub paroxysmi finem. Commendantur hoc sub respectu *acetum*[59]), *succus citri cum infusione herbae theae viridis*[60]), *potus copiosus aquae calidae*[61]), *sulphur*[62]); verum nos *acetum ammoniacale*[63]) et

58) Quondam Viennae mercatoris curam suscepi, febre tertiana laborantis. Morbus erat consueto cortici rebellis. Adhibito eo exquisitissimo, adhuc gravior reddebatur. Confugi tandem ad venaesectionem, qua vix peracta, febris illico cessavit. Vide similia apud Rush *medicinische Beobachtungen. A. d. E. Leipzig* 1792. p. 200.

59) Trnka l. c. p. 323. 60) ibid. l. c. p. 324.

61) Senac op. c. L. II. cap. VI. — J. Deppe in *the American medical Recorder. New-York* 1822. *Vol.* 5. *Art.* 11.

62) Ruland thes. med. tit. febres. Riverius Cent. IV. obs. 83. — Haen rat. med. P. XII. c. 6. §. 8. — *Berliner Sammlung* 2. *B.* 6. *St. Art.* 2. *No.* 2. p. 590. — Pulvis pyrius remedium sistit vulgi, cujus virtus forte et sulphuri adscribenda est.

63) R. Spiritus Mindereri Roob Sambuci aa unciam unam. Cap. binis aut tribus vicibus; superbibendo infusum florum sambuci calidum.

et *solutionem tartratis stibii et potassae*[64]), aliis diapnoicis anteponimus. Quodsi sub febris intermittentis rheumaticae et catarrhalis decursu dolor, evacuationibus sanguinis sive universalibus sive localibus, rebellis, urgeret, ille *vesicatorium* exposcit.

10. Sub ipso paroxysmo febris intermittentis gastricae, vix alia methodus requiritur, quam ea, quae in simplici morbo commendata fuit. Attamen vomitum ibi sub frigoris stadio comparentem, non libenter sedamus, promovemus potius potu tepido. Vigente calore porrigitur *solutio supertartritidis potassae.* Etiamsi dolor capitis valde urgeret, hic non ad opium confugiendum, quod diathesi gastricae reali adversatur. Apyrexiae sub stadio quo magis series symptomatum gastricorum vigere continuat, eo magis morborum remediis complicationi accommodatis, aggredimur. In febre intermittente gastrica *saburrali* primum est saburram, ut dicunt, mobilem reddere, qui scopus attingitur, tum *solutione tartratis stibii et potassae*, tum *pulveribus resolventibus*[65]), tum pulvere *muriatis*

C. feb. int. gastricae saburralis.

64) R. Tartratis stibii et potassae (Tartari emetici) granum unum. Aquae destillatae simplicis libram unam. D. S. Omni prima sive secunda hora vasculum semis coffeanum.

65) *Pulveres resolventes.* R. Pulveris supertartratis potassae unciam semis. Tartratis stibii et potassae granum unum. M. exacte, et divid. in octo partes aequales. S. Cap. omni secunda hora dosis.

*riatis ammoniae* secunda vel tertia quaque hora a scrupulo semis ad scrupulum unum porrecto. Dum remedia hujusmodi unam alteramve evacuationem jam produxere, sequens paroxysmus plerumque mitior evadit. Tunc tota cura resolventium ope absolvenda est. Alias adveniente proxima *apyrexia* [66]), pro re nata, dum scilicet saburrae vel bilis sursum turgent, *emeticum* [67]), dum inferiora versus, *purgans* [68]), dum per utrasque vias, in robustissimo aegro, *emeto-purgans* [69]) exhibetur.

Eva-

66) Celsus (L. III. c. 12. 14.), Crato (cons. et epist. med. L. II. p. 417.) aliique emetica et purgantia sub ipso *paroxysmo* adhibent. Quam periculosa haec methodus sit, Senac (l. c. L. II. cap. 4.) et Swieten (comment. ad aph. 759.) demonstrant.

67) Curationes febrium intermittentium *emeticorum* ope leguntur apud Galenum de art. cur. ad Glauc. L. I. c. 10. — Timaeum l. c. L. VIII. cas. 10. — Pringle l. c. p. 247. — Coliny l. c. p. 33. — Lautter l. c. cap. 1. p. 3. — Störk ann. med. II. p. 164. — R. Tartari emetici grana tria. Aquae destillatae fontis uncias tres. Cap. dimidium, et, nisi vomitus sequatur, interpositâ semper quartâ horae parte, binis vicibus, quod reliquum est. Aut. R. Pulveris radici caephelidis ipecacuanhae grana viginti quinque. Cap. aut R. Pulveris radicis caephelidis ipecacuanhae grana viginti, pulveris tartari emetici granum unum. M. Capiat. — Infantibus tot ipecacuanhae grana, quot anni aetatis.

68) R. Salis amari drachmas decem. Aquae fervidae uncias quinque. Syrupi cerasorum unciam. M. Cap. binis vicibus.

69) Salis amari unciam unam et semis, tartari emetici

Evacuationes tali pacto obortae, vel febrem omnino fugant, vel eam ad statum intermittentis *simplicis* reducunt. Quod si febris, et post evacuationes debito modo peractas, rebellis evaderet, vel vi cresceret, ab usu evacuantium abstinendum foret[70]), eoque magis, si nullus in diaeta error subrepserit. Diaeta enim in febre intermittente gastrica saburrali, praecipuum sistit curationis momentum. Esto ea vegetabilis, subacida. Absolutis evacuationibus, aegrotantibus viribus fractis et vinum meracum cum pane tosto et aromatibus porrigitur.

11. In febre intermittente gastrica *biliosa* cum phlogosi aut congestione viscerum abdominalium, praecipue hepatis, *venae sectio* e brachio aut pede dextro non negligenda est. Copia sanguinis minor, quam in morbo pure inflammatorio detrahitur. Complicationis etenim inflammatoriae quod restat, per *hirudines* et *cucurbitulas scarificantes* abdominis locis dolentibus admotas, abigi solet. Usui interno pharmacum *mucilaginosum* simulque *subacidum*[71]) inservit. Sedatâ sic C. feb. int. gastr. biliosae.

 irrita-

grana tria. Solve in aquae destillatae librâ una. Cap. tribus vicibus.

70) Math. Georgi (*art. piccol. di medicare* p. 61.) refert, in Dertonensi epidemía quodam autumno febres, tertiano typo recurrentes, *frequenti purgatione* tractatas, lethales evasisse; omissa autem purgatione ex consilio eximii medici Moro fere omnes sanatas.

71) R. Gummi arabici drachmas tres. Fructuum tama-

irritatione alvus ope *calomel*[72]) et *clysterum* movenda. Ab emeticis abstinendum, ne vix extinctum incendium revocetur. Contra vero si morbus nunquam inflammatoriam complicationem agnoverit, *emesis*[73]), (nulla obstante gravi contraindicatione), sine ambagibus cienda, et recrudescentibus iterum symptomatibus biliosis, reiteranda[74]) est. *Tartarus emeticus* hîc tum pueris tum adultis aeque proficuus. Nisi hoc pharmacum alvum aliunde provocaret, illa *lenibus purgantibus*[75]), elicienda. Quo sub opere probe observandum est, num morbus decrescat, nec ne? Quod-

rindorum drachmas sex. Mellis puri unciam unam. Ebulliant per horae quadrantem c. s. q. aquae. Colatura librae unius D. S. omni hora duas capiat uncias.

72) Homini adulto *unicâ vice*, a granis quinque ad decem, sine ullo additamento exhibeo.

73) „Hoc ita certum est, ut praetermisso emetico, rebelles omnino fiant febres et diuturnae." SENAC l. c. „Cortex, quamvis rite sumtus, interdum parum efficax est; quo in casu suspicio erit, ventriculum sordibus onustum vim remedii impedire. Itaque *vomere oportet*, *quo facto febris non raro cedit.*" HEBERDEN l. c. p. 142. Cfr. GRUNER diss. Estne febris intermittentis curatio a vomitoriis incipienda? Jen. 1788.

74) „. . . . tantus est biliosi hujus magmatis *fomes* aut proventus, *ut unâ vice vomere multis satis non sit.*" SENAC l. c.

75) „. . . . certum est enim, quod *si leniter et quasi sponte succedat evacuatio*, et si biliosa inprimis educantur, *facilius tolli morbi fontem.*" SENAC l. c.

Quodsi vires aegri tantummodo decrescerent, praemissa jam satis methodo anti-gastrica, ad febrifugum confugiendum foret.

12. Febris intermittens gastrica *pituitosa* ab initio uti febris intermittens catarrhalis curatur. Cavendum ne irritatio, hîc in tubo intestinali vigens, a pharmacis nimis activis augeatur. Quamobrem donec illa, methodo antiphlogistica, fracta sit, dumtaxat *remedia mucilaginosa*[76]) praescribenda sunt; vanus foret timor, ne pituita per illa augeatur. Serius vero ista *resolventium* ope incidenda. Scopus hîc optime *salis ammoniaci*[77]) usu obtinetur. Si acida primarum viarum praesto essent, maxime *sal absynthii*[78]) conducit. Sedatâ irritatione ventriculi et intestinorum, dilutâ pituitâ, extinctisque acidis, prout mucus sursum vel deorsum urget, ille, ut relate ad bilem docuimus, *emeticorum* et *purgantium* auxiliis eliminandus, sicque morbus aut debellandus, aut ad simplicitatem perducendus. *Complicatio verminosa*

C. feb. int. gastr. pituitosae et verminosae.

76) E. c. decoctum seminum lini; radicis salep; gummi arabici.

77) R. Muriatis ammoniae drachmam unam. Solve in decocti radicum graminis libra una. Adde Syrupi liquiritiae unciam unam. M.

78) Grana decem pro dosi, idque omni tertia horâ. „Resolvit potenter, *acidum frangit*, lotium movet, detergit colluviem primarum viarum et conducit, quando ventriculus corticem non fert.“ BOERHAAVE v. MURRAY apparat. medicam. T. I. p. 22.

*nosa* febrium intermittentium, pharmaca ascaridibus, hinc inde et taeniae, adversa exposcit. Sed et hisce in pharmacis administrandis summa tubi intestinalis ratio habenda est, ne scilicet illius a vermibus excitatam irritationem, anthelminthicis acrioribus augeamus. Praemissis igitur, si opus fuerit, evacuationibus sanguinis sive universalibus sive localibus, alias immediate, tempore apyrexiae, vel *oleum ricini*, vel *calomel*, cum vel sine *radice jalappae* et *seminibus cinae* (*artemisiae contra*) 79) propinantur. Sic, nisi morbus illico tollatur, saltem febrifugo via sternitur.

C. feb. int. simplicis. 13. Perductis febribus intermittentibus complicatis ad statum *morbi simplicis*, vel in febre intermittente mox a primo initio *simplici*, ante omnia eruendum est, *utrum liceat morbum illico supprimere, nec ne?* Nequaquam licet 80), dum febris intermittens morbo quodam chronico supervenerat, qui, ea vigente, aut evanescit aut imminuitur, inprimis si morbus ille ex febre intermittente praepostere cinchona sanata originem duxerit.

79) R. Pulveris calomel grana tria rad. jalappae, seminis santonici ãã grana decem. M. Cap. jejuno ventriculo (pro puero octo, decem annorum). Cfr. Mandruzzato *della facoltà febbrifuga del santonico. Venezia* 1800 (folia et summitates).

80) Bohn de praematura intermittentium fuga suspecta. Lips. 1709. Kriechbaum diss. de curat. febrium intermittentium simplicium, omissis plane emeticis, purgantibus, laxantibus et febrifugis. Gies. 1745.

rit. Juvat enim effectuum salutarium febris intermittentis memores esse. Verum non reticendum, multa damna, quae olim praematurae exhibitioni corticis cinchonae tribuebantur, potius febri adscribenda esse, diu scilicet nimis duranti. Atque ita opinantur MILLAR, JACKSON, LIND, BROCKLESBY, quorum testimonia collegit WILSON [81]). Et re quidem vera (supra allatis casibus exceptis), quam primum id fieri potest, febri intermittenti finis ponendus, idque dum ea *simplex* est *cinchonâ*, quam sententiam, ex conspicua nostra hoc in morbo experientia depromtam, et testimonio eximii HEBERDEN [82]) suffulcimus.

14. Est enim *cortex cinchonae officinalis*, genuinus bonaeque indolis, remedium adeo securum febris intermittentis legitimae simplicis ut inter centenos aegros, hoc morbo laborantes, vix unus inveniatur, qui paucorum dierum spatio ejus ope non sanetur [83]). Qui contrarium dictitant, atque virtu- Cinchona.

81) l. c. p. 257 sq. 82) Op. cit. cap. 38. extremo.

83) De hac cinchonae admirabili virtute primum testati sunt SYDENHAM, MORTON, RAMAZZINI, TORTI, WERLHOF et maxime ZENDRINI (*trattato della china-china, con una prefazione intorno ai pregiudizj che corrompono l'arte medicinale, col modo più severo d'apprenderla. Venez.* 1705. Cfr. *Sammlung die Fieberrinde betreffender Abhandl. u. Aufsätze. A. d. E. und Franz. mit Zusätzen. Nürnb.* 1769. — J. C. SCHENKENBECHER's *Bericht über die heilsamen Wirkungen der Kinkina. Riga* 1769. — G. G. KÜHN *über die China-*

virtutem divini prorsus remedii, maximo Creatoris dono generi humano impertiti, in dubium vocare, vel denigrare audent; hi vel ab hypothesibus, sive contradicendi cupiditate obcoecantur; vel ad eos amandandi, quorum malignitas non alia prorsus ratione eximia pharmaca, ac homines magni ingenii, obtrectat. Nonnulli tandem tempore *Napoleonis* cinchonae virtutem minoris pretii facere simulabant, ne fateri adigerentur, continentem nullo pacto posse commercio maritimo absque magno generis humani detrimento carere.

Cinch. species. 15. Post infinita pericula, cum *cortice cinchonae* tum *fusco*, tum *rubro* 84), tum *flavo* 85), tum *regio* 86) instituta, fatemur, caeteris paribus hisce

*oder Fieberrinde in chem. u. therapeutischer Hinsicht. Leipzig* 1804. — C. Bauschenbusch de manifestis in organismo vivo mutationibus ope chinae etc. product. Tübing. 1809. Pelletier et Caventon v. *Repertor. für die Pharmacie von* A. Buchner *und* G. Kastner. 1822. *Nürnberg.* 12. *B.* 1. *Heft.*

84) Ch. Cothenius *chemische Untersuchungen der rothen Chinarinde, wie auch derjenigen, welche bisher im Gebrauche gewesen, nebst einer kurzen Geschichte der China überhaupt. Uebersetzt von* Pyl. *Berlin* 1783. — W. Saunders *Beobachtungen über die vorzüglichsten Heilkräfte der rothen peruvianischen Rinde. A. d. E. von* Ludwig. *Leipzig* 1783.

85) Fr. Marabelli *chem. Untersuchung der neuerlich bekannt gewordenen gelben peruv. Rinde. A. d. I. von* Titius. *Leipzig* 1797.

86) J. Relph *Untersuch. über die med. Wirkungen der*

hisce corticis speciebus aequalem omnino vim febrifugam inesse [87]). Quid de virtute chinae, quam *Bicoloratam* vocant [88]), deque aliis minus usitatis speciebus [89]) sentiendum sit, tempus docebit [90]).

*Königs-China. A. d. E. mit Zusätzen von* Fries. *Breslau* 1797. — J. C. A. Mayer *Untersuch. der Königs-China-Rinde. Berlin* 1794.

87) Cortex quidem *flavus*, qui ab aliquot annis in Europae officinis invenitur, ceteras species virtute antecellit, sed non alia ex caussa, quam quod hae minoris notae esse solent. Quotiescunque nempe cortice cinchonae ordinario, quem aliquando generositate Nuntiorum Hispanicorum accepi, utebar, semper eum corticem flavum officinarum vel virtute adaequantem vel superantem inveni. Cujus rei memores sunto, qui copiam *chininii* in variis corticis speciebus determinare student. Cfr. Michälis *vergleichende Uebersicht der verschiedenen China-Arten in Beziehung auf ihren Gehalt an Chinin und Cinchonin.* v. Hufeland's *Journal d. prakt. Heilk.* 1824. *April.* p. 109.

88) (Brera) *Risultamenti ottenuti nella clinica medica della I. R. università di Padova dall' amministrazione di una china Bicolorata per la cura delle febbri accessionali anco d'indole perniciosa. — Si premette il sunto delle osservazioni relative raccolte dai medici Trevigiani. Padova* 1824. (Contenditur chinam hujusmodi ad unciam semis porrectam paroxysmis frenum injicere, — recidivis occurrere, — vomitum compescere — et complicationem inflammatoriam *non* augere: „*arresta la febbre e per nulla inasprisce la flogosi*").

89) Enumerantur a H. Ruiz *von dem officinellen Fieberrinden-Baume und dessen Arten. A. d. Span. Gött.*

cebit [90]). Spectaretne illa ad *chinam* St. *Luciae* [91])?

Tempus administrationis. 16. Pro corticis cinchonae usu *apyrexia* eligitur. Vigente enim paroxysmo remedium hujusmodi plerumque vel vi salutari caret, vel infinitas gene-

1794. LAMBERT (*a description of the genus cinchona. Lond.* 1797.). M. ROHDE monographiae generis tentamen. Goett. 1804. a GRAF (*die Fieberrinden in botanischer, chemischer und pharmaceutischer Beziehung. Wien* 1825.), atque a BERGEN et SANTEN (v. *Magazin der ausländ. med. chir. Literatur. Hamburg* 1825. p. 363.).

90) Respectu ad *chinam bicoloratam* sic sentiunt CARMINATI et PALLETTA in *Rapporto all' I. R. instituto di scienze etc. letto il* 4. *febbrajo* 1825. (v. *Annali di medicina pratica di* OMODEI. *No.* 99. *Marzo* 1825. p. 512.): „*Eppure, niuno de' malati si trovò alleviato notabilmente della febbre, niuno sperimentò un cangiamento nella forma e durata del parossismo, e niuno in consequenza fu colla bicolorata guarito da febbrili periodici insulti.*" — Contrarium contendit cl. BRERA (*cenni sul rapporto etc.* v. OMODEI op. cit. No. 100.) asserens: „. . . *questa corteccia prosiegue ad esternare de' soddisfacienti* (*effetti*) *fra noi ed altrove.*" Rebellem febrem intermittentem illius ope debellavit nuper cl. SCHIFFNER medicus primarius nosocomii civici Vindobonensis.

91) M. MALLET *sur la quinquina de la Martinique.* v. *Journ. de physique p. l'Abbé* ROZIER. *T. XVII.* p. 169. et GIUSEPPE MORETTI *memorie ed osservazioni intorno a diversi oggetti riguardanti le scienze naturali. T. I. Pavia* 1820. p. 223.

generat molestias, anxietatem scilicet, ventriculi oppressionem, vomitum, dysuriam, caloris febrilis augmentum etc. Tuto tamen cortex in apyrexia etiamsi imperfecta, uti in febribus subcontinuis, vel declinante paroxysmo in febre intermittente subintrante porrigi potest.

17. Cinchona in subtilissimum *pulverem* redacta, aqua commixta[92]), sive *electuarii*[93]), sive *pilularum*[94]) sub forma porrecta, singula ex ea deducta praeparata vi febrifuga antecellit. Tanta enim est pulveris corticis efficacia, ut vel ejusdem pars, quae jam pro decocto parando inservit, si exsiccetur, novi fere corticis instar agat[95]). Forma.

18. Ad praecavendum futurum paroxysmum non raro drachmae duae cinchonae exquitissimae suffi- Dosis. Modus exhibendi.

92) In nosocomiis ne cortex ab infirmariis, aut, ut experti sumus, ab ipsis aegrotantibus venditetur, juvat eum jam aqua infusum ex officina praescribere.

93) R. Pulveris corticis cinchonae officinalis unciam et semis. Fiat l. a. electuarium cum s. q. Syrupi Corticis ejusdem. D. S. Omni prima sive secunda hora ad magnitudinem nucis.

94) R. Pulveris corticis peruviani alcoholisati unciam unam. Extracti ejusdem drachmas tres. Syrupi ejusdem q. s. ut fiat massa pilularum, ex qua formentur pilulae ponderis granorum trium. Conspergantur pulvere radicis ireos florentinae. D. S. Omni secunda seu tertia hora capiat a duodecim ad viginti pilulas.

95) Atque id demonstrant multiplicia experimenta, quae tum in clinico instituto Universitatis Vilnensis, tum in eo, quod societatem Beneficentiae attinet, institui.

sufficiunt. In genere tamen uncia una requiritur, atque unciae tres ad curam totius morbi atque convalescentiae absolvendam. Plerumque prima illa dosis curriculo unius apyrexiae porrigi potest. Quum vero in subcontinuis, quotidianis, et tertianis duplicibus ob brevitatem decursus unciam corticis ingerere (saltem sine molestia aegrorum), arduum sit; nisi periculum immineat, memoratam cinchonae dosin spatio *duarum apyrexiarum* exhibere sufficit. Excepto enim casu febris intermittentis perniciosae, cur aegrotus cortice obrui debeat, minime intelligimus [96]). Potius „observandum, an innocue a stomacho recipiatur remedium hoc; an ciborum exsuscitetur appetentia; an levis oriatur mador, quo perfundatur totum corpus; an alvi adsit laxitas; an denique urinae nativus restituatur color" [97]); aut contra, an gravitatis et constrictionis sensus in ventriculo inducatur; an sitis intensior urgeat; an dolores in hypochondriis insurgant, anque calor cutis urens evadat. Quae ultima dum contingunt, mora facienda, ac sal quoddam medium intercalandum. Acrius in cura febrium intermittentium *perniciosarum*, ut indicavimus, incedendum. Hic enim duo inter mala minus eligendo, incommoda, cortice

96) Juncker diss. de rationali expectatione et irrationali festinatione in febrium intermittentium curatione. Hal. 1742.

97) Senac l. c. cap. XV.

tice inducenda, morti alias inevitabili anteponimus. Quam ob rem istis in febribus omni pacto non solum uncia illius una, sed et ultra, tempore apyrexiae praescribi debet. Servante febre typum tertianae, sive quartanae, plerumque drachma una pulveris cinchonae sine incommodo secunda vel tertia quaque hora suppeditatur. Quocunque in casu, prima corticis dosis, statim cessante sudore exhibenda, ne scilicet aeger, ingruente apyrexia saepe obdormiens, paulo post remedii sumendi gratia a somno excitari debeat. Accidit haud raro, ut post primas cinchonae doses, paroxysmus intendatur; hoc, nisi febrifugum incongrue adhibitum fuerit[98]), indicio esse solet, morbum brevi evaniturum fore[99]). *Minorem dosin cinchonae* proxime ante paroxysmi adventum porrectam efficaciorem esse largiori longe antea adhibita[100]), nunquam confirmatum vidimus. Nec consultum videtur ad suppeditandum corticem appropinquantem paroxysmum expectare, utpote qui, si praeter

98) Huc spectare videtur casus enarratus a J. A. Ph. Gesner in *Sammlung. von Beobachtungen aus der Arzney- u. Naturk.* 3. *B.* p. 223.

99) Sic omni jure docuerunt Torti (l. c. L. IV. c. 3. hist. 1.) et Werlhof (l. c. Sect. III. §. 4.).

100) Bartholinus Cent. V. hist. 50. — Torti l. c. cap. 7. — Thuessink *Waarnemingen* 1808. et Nasse in Hufeland's *Journ. der prakt. Heilk.* 1814. *Januar.* p. 78.

ter consuetudinem anticiparet, aut vomitum socium haberet, gravia portenderet mala[101]).

Correctiva. 19. Cortex cinchonae in febre intermittente *simplici*, atque *in homine* aliunde sano *locum habente nullo adjuvante* sive *corrigente* remedio indiget, atque inutilis sane, quin imo damnosa est consuetudo, illi vinum, aromata, amara, narcotica sive excitantia jungendi. Methodus hujusmodi solum in specialibus quibusdam casibus locum obtinet, videlicet, ubi aut quid superest complicationis, aut aegrotus aliis simul morbis adfectus est. Sic ubi febris intermittens prius erat *inflammatoria*, etiamsi morbus ad simplicitatem reductus sit, cortex tamen *nitratis potassae* connubium[102]); ut nova, diatheseos inflammatoriae impediatur evolutio, exposcit. Praevia complicatione *saburrali* aut *biliosa*, nisi alvus sponte abun-

101) Audiatur Senac: „Ex ante dictis non minus patet, *quam inconsulto* exhibeatur idem remedium (Kinakina) in febrilis frigoris invasione," — „quid scilicet expectari tunc potest ab ejusmodi remedio, dum ut diximus, constricta rigidaque sunt omnia, dum ventriculus ipsam aquam calidam vix ferre potest, dum stagnat sanguis in vena portae, in auriculis cordis, in ipso pulmone; anxietates profecto exsurgent inexplicabiles; intendetur frigoris vis; paroxysmis addentur vires" (l. c. cap. XIV.). Cfr. J. P. Frank epitome de cur. homin. morb. T. I. p. 64.

102) R. Pulveris corticis peruviani unciam unam. Nitri puri drachmam unam. M. Divide in partes octo — vel duodecim aequales.

abundet, cinchona *radici rhei palmati*, copulanda[103]); quae methodus et casui, ubi febrifugum alvum adstringit, accommoda est. Perstante *vermium* suspicione, cortex vel *seminibus santonici*[104]) vel *radici valerianae*[105]), jungendus. Qui *acido primarum viarum* obnoxii sunt, illius cum *magnesia*[106]) aut *gummi arabico*[107]) unione gaudent. *Debilitate ventriculi* laborantibus cinchona cum *cinnamomo*[108]) praescribitur. Dum tubi intestinalis *imbecillitas* illi universi corporis juncta cernitur, aegerque vino aliunde adsuetus est, hoc liquidum febrifugo pro vehiculo inserviet. Febribus intermittentibus homines haemorrhoidales invadentibus, cortici *cremor tartari*[109]) addendus. *Hystericae* et *chloroticae*, aliique sensibilitate exquisita dotati, corticem peruvianum facile *vomitu* rejiciunt, nisi *opio* jungatur[110]).

Haec

103) R. Tincturae rhei aquosae uncias tres. Capiat cochleare majus simul cum cortice, ad effectum leniter purgantem usque.

104) Drachma seminum pro uncia corticis.

105) Drachma radicis pro uncia corticis.

106) Drachma semis pro uncia corticis.

107) Drachmae duae pro uncia corticis.

108) Grana duo pro drachma corticis.

109) Ad drachmam corticis cochlearculum coffeanum, donec effectus eccoproticus exsurgat.

110) R. Aquae menthae, aut melissae, aut chamomillae, uncias quatuor. Laudani liquidi Sydenhami guttas quindecim. Praemittatur unicuique cinchonae dosi cochleare unum alterumve majus.

Haec ipsa methodus tunc quoque indicata est, si cortex cum detrimento *per alvum ruit.* Cum *detrimento*, inquam, nam levis hîc diarrhoea non nocet, immo prodest. In febribus intermittentibus *arthriticorum* indicatae ceteroquin cinchonae, infusum *stipitum solani dulcamarae* superbibendum. Difficillima autem est febrifugi administratio in hominibus, *labe pulmonum* mulctatis. Cum ea cautela cortex tunc exhiberi debet, ut *mucilaginosa pharmaca* simul praescribantur [111]). Et hîc *stipites dulcamarae* sibi laudem promeruerunt[112]). Sic quoque vigentibus *scrophulis* incedendum. *Scorbuticis*, febre intermittente detentis, connubium cinchonae cum *succo citri* [113]) conducit.

Cinchonae praeparata.

20. Sunt autem aegri, et quidem haud pauci, quorum ventriculus cortici, in substantia porrecto, omnino reluctatur. Praeterea magna difficultas debitam illius dosin *infantibus* administrandi occurrit [114]). His sub rerum positionibus medici confugere solebant ad *cinchonae extractum*, praecipue

111) Senac op. c. L. II. cap. XVIII.

112) Collin ann. med. P. I. c. 2. p. 103.

113) Hosacki (*New-York medical and physical journal* 1823. *Jun.*) formulam (R. Pulveris corticis peruviani unciam unam. Succi citri uncias tres) hic solummodo indicatam esse puto.

114) Dum ubera adhuc sugebant pusiones, *nutrici* cortex porrigebatur (*Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Aerzte.* 1. *B.* p. 37.).

cipue *vinosum*[115]); ad illius *decoctum saturatum*[116]); *syrupum*[117]), et sal *essentiale;* ad *clysteres*[118]), ad *balnea*[119]), atque *cataplasmata*[120]) ex cortice parata; ad connubium cinchonae cum potu coffeae, nec non ad *adspersionem indusiorum* illius ope[121]). Ex illo autem tempore, quo chemia in cortice cinchonae principium quoddam alcalinum, *chininium*[122]) dictum detexit, quod partem febri-

115) Ad unciam semis in unciis sex vini hispanici aut aquae menthae pro adultis. *Pueris* consilio Heberdenii (op. cit. p. 142.) exhibebatur: extracti cinchonae, sacchari, singulorum scrupulus, aquae cochleare et sesqui cochleare lactis.

116) R. Corticis cinchonae officinalis ruditer tusi unciam unam et semis. Coque per sextam horae partem c. s. q. aquae fontis vase clauso. Colatura librae unius. D.

117) R. Syrupi cinchonae unciam unam et semis. Extract. ejusdem s. q. aquae naphae subacti drachmam semis. M. D. S. Cochleare coffeanum omni hora infanti unius anni.

118) R. Corticis cinchonae ruditer tusi uncias duas. Coque leniter cum aquae simplicis libra una et semis, *quin coletur.* D. S. pro duobus clysteribus, praemissis enematibus simplicibus, ad intestinum rectum a faecibus liberandum, injiciendis.

119) Pro infantibus.

120) Ad regionem epigastricam in infantibus (Trnka l. c. p. 447.). Cfr. Cp. Lbr. Römer's *Abhandl. über d. Peruvianische Rinde, besonders deren Anwendung als äusserliches Heilmittel. Altenb.* 1792.

121) Pye in *med. observ. and inquir. Vol.* 2. p. 245.

122) Gall. Quinine (ex cortice flavo), cinchonine (ex cortice fusco).

febrifugi activam sistere contendunt, quodque principium acido sulphurico nuptum (*sulphas chininii* [123])), aegrotantibus in parva dosi [124]), quin simul partes ligneae ingurgitari debeant, porrigi potest; ex illo, inquam, tempore, praeparata supra allata minoris in cura febrium intermittentium evaserunt momenti. Immo, si suffragiis undique de *sulphatis chininii* virtute emanatis [125]) fides tribuenda sit, ipsius corticis cinchonae

123) GERM. *Schwefelsaures Chinin. Chinasalze.*

124) *Infantibus* ad granum unum alterumve in uncia una syrupi cinchonae spatio apyrexiae. *Adultis* hoc eodem spatio a granis, duodecim ad grana octodecim. R. Sulphatis chininii grana quatuor (sex). Sacchari albi grana octo. M. f. pulvis. cap. tales doses tres tempore a febre libero. Vel R. Sulphatis chininii grana duodecim (octodecim). Aquae destillatae simplicis uncias quatuor. Syrupi cinchonae unciam unam. M. Cap. tribus vicibus.

125) FICINUS, Cinchonin, medicamentum efficacissimum adversus cachexiam e febre intermittente obortam tutissime exhibendum. Dresd. 1816. CHOMEL *observations sur l'emploi des sulfates de quinine et de cinchonine dans les fièvres intermittentes; lues à l'académie des sciences le* 26. *fevrier* 1821. v. *Nouveau journal de médecine. T. X. mars* 1821. p. 285. — HALLÉ in *Revue médicale an.* 2. — *Bericht über die Entdeckung des Cinchonin's und Chinin's.* v. HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk.* 1821. 6. *St.* — OPPERT *einige Beobacht. über die Wirkungen des schwefelsauren Chinin's.* ib. 1823. *July.* p. 82. — *Nachricht über die Chinasalze* in *Magazin der ausländischen Literatur der gesammten Heil-*

chonae crudi exsilium expectari debet. Interea Z 2 in

*kunde. Herausgeg. von Dr.* Gerson *u.* Julius. *Hamburg.* 1. *B.* p. 563. 2. *B.* p. 172. — 1822. *April.* p. 360. — Dr. Wiedemann, Ziegler, Jäger et Spiritus in Rust's *Magazin der gesammten Heilk.* 17. *B.* 1. *Heft.* p. 135. 136. 186. — Gittermann *über die Wirksamkeit des schwefelsauren Chinins gegen Wechselfieber;* in *Rheinische Jahrbücher für Medic. n. Chirurgie. Herausgeg. von* Harless. 6. *B.* 3. *St.* p. 16. — Buchner *und* Kastner *Repertorium für Pharmacie.* 1822. — G. de Mattheis in *Biblioteca Italiana.* 1822. p. 423. — *Osservazioni sulla virtù febbrifuga del solfato di chinino dei* D[ri] A. Barbági et G. Mina. *Palermo* 1822. — P. Marianini *memoria di alcune indagini intorno all' uso ed all' efficaccia del solfato di china. Mortara* 1822. — *Waarnemingen gedaan met sulfas de Quinine, door* C. H. à Roy. *Amsterd.* 1822. — *Untersuchungen üb. die eigenthümlichen Kräfte des Quinins von Dr.* Elliotson in *Neuen Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte.* 7. *B.* 3. *St.* — *Ueber die an der Loire und besonders in Tours endemisch herrschenden Wechselfieber u. das mit Erfolg gegen dieselben angewandte schwefelsaure Chinin, von Dr.* Heyfelder in *Rheinisch-Westphäl. Jahrbücher der Med. u. Chirurg.* 8. *B.* 2. *St.* p. 18. — *Verbeterde bereiding van den Kina-Loogzouten door* F. L. A. Nieuwenhuis; *benevens geneeskundige Waarnemingen met deze zuivere bestanddeelen der Kina. Door* C. J. Nieuwenhuis. *Amsterd.* 1823. — Van Maanen diss. de sulphate chininae. Lugd. Bat. 1823. — Fr. Tantini *sull' uso del solfato di chinino in una febbre terziana perniciosa letargica.* v. *Repertorio medico-chirurgico di Torino.* No. 53. 1824. *Maggio.* — Bianchetti *cenno intorno al solfato di chinino.* ibid.

in re tam gravi non est properandum. *Primum* enim ad lectos aegrorum, chemiam et dona ferentem, timemus. *Secundó* in febribus intermittentibus perniciosis, in quibus vita aegrorum unice a matura et debita febrifugi remedii administratione pendet, de corticis peruviani *crudi*, quem exhibituri sumus, bonitate sensuum nostrorum ope judicare possumus; non ita de qualitate *sulphatis chininii*, quem non omnes pharmacopolae rite praeparare sciunt, ac nonnulli adulterant[126]). *Tertio* quamvis hucusque sulphatis chininii, quae ad febrem intermittentem debellandam requiritur, dosis, vix pretium corticis crudi, ad eundem effectum praestandum necessarii,

— F. Barker in *Transactions of the association of Fellows and Licentiates of the King and Queen College of Physicians in Ireland. Vol. 4. No. 26. Dublin 1824.* — *Ansichten u. vergl. Erfahrungen über d. Wirkungen der Chinabasen oder neuen Chinapräparaten in Krankheiten und ihr Verhältniss zur China selbst, von Dr.* Günther in Hufeland's *Journ.* 1825. *Decbr.* Cfr. *Neue Samml. auserl. Abh.* 7. *Bd.*

126) „*Allorchè si prescrive il solfato di chinino si osservi accuratamente alla sua qualità, poichè la perniciosa mala fede di alcuni speziali fa loro esitare per puro solfato di chinino un impuro mescuglio di scarsissima quantità di detto solfato unita a molto maggior dose or di nitro, or d' acido boracico, or di magnesia, or di farina semplice, or di farina resa amara con alcool in cui sia stato infuso del legno quassio.*" Tantini l. c. p. 203. not.

rii, excedat; attamen num res etiam in posterum ita se habitura sit, dubitare licet. *Quarto.* Lis adhuc sub judice est, num *principium adstringens*, quod cortex peruvianus continet, et a quo principio, haec ipsa chemia haud dudum omnem illius vim febrifugam repetebat, plane inefficax sit, nec ne[127]). *Quinto.* Et quid, si febres intermittentes a paucis annis (a quibus sulphatis chininii usus invaluit) solito mitiores fuissent; ita ut *una* tantum corticis pars constitutiva ad illas debellandas sufficere potuerit? Et *Sexto.* Quodsi chininium partem activam corticis peruviani unice sistat; nonne ab illo pravi quoque effectus, qui huic crimini vertuntur, unice repetendi sunt? Ac re quidem vera jam ipsi sulphatis chininii fautores conqueri incipiunt, de malis a praegrandibus illius dosibus[128]), deque impotentia

127) Vir amicus cl. PEZZONI Bizantii multas febres intermittentes ope *Tannin* (a granis XC — C nychthemeri spatio) sanavit (*histoire de la société de médecine pratique de Montpellier* 1807.). *Gallae* jam dudum illo in morbo usurpatae fuere (RENEAULME in *histoire de l'académie de Paris* 1711.).

128) ALTONI MENARD *du danger des grandes doses du sulphate de quinine dans les fièvres remittentes et intermittentes.* In *Revue médicale* 1823. *Novembre.* Et TONELLI (*annali di med. prat.* d'OMODEI *Gen. e febbr.* 1825.) qui ait: „*nel numero di* 38 *individui che hanno trangugiato il solfato di chinino, sol ne vedi amo la metà immune dall' apparizione di qualche morboso fenomeno; e negl' altri osserviamo ove iste-*

tentia ipsius, corporis vires, corticis peruviani crudi instar, restaurandi[129]). Quae cum ita sint, medici prudentis est, *corticem cinchonae officinalis crudum* sine praeconcepta opinione contra febres intermittentes adhuc pro usu quotidiano, proque cura plurimarum perniciosarum, retinere; *sulphatem* autem *chininii* ad eos casus reservare, ubi aut aegri tenera aetas, aut ventriculi debilitas, aut vomitus, administrationi corticis in substantia obstant.

De remediis surrogatis in genere.

21. Conspicuum corticis cinchonae pretium, difficultas eum bonae notae acquirendi, et peculiaris quorundam aegrorum nullo pacto superanda adversus eundem idiosyncrasia sive praeconcepta opinio, medicos ad alia in febribus intermittentibus adhibenda remedia impulere, quorum nonnulla vel ante cinchonae inventum praescribebantur[130]), alia tandem ex novis experimentis innotuere[131]). Studium, quod ponitur in detegendis reme-

*rismo, ove convellimenti convulsivi, ove sussulto dei tendini, ove la vertigine, ove una sordità temporaria, ed ove una depressione più o meno considerevole di forze, in alcuni casi assai a lungo protratta.*"

129) *Gazetta di Milano* (*non a azione permanente*).

130) J. H. Schulze diss. de febrium intermittentium curationibus antiquis. Halae 1737. Graumann meletemata ad curationem febrium interm. Buzov. 1787.

131) J. C. Renard *die inländischen Surrogate der Chinarinde. Mainz* 1809. — Ph. Jac. Piderit *über inländische Surrogate für die Chinarinde. Gött.* 1809. —

remediis, quae cinchonae subrogentur, spernendum non est; at dolendum medicos hucusque ex eo paucos collegisse fructus. Adhuc nempe desideratur remedium, quod generalem et constantem cinchonae contra febres intermittentes virtutem adaequet. Non desunt enim pharmaca, quae in datis harum febrium epidemiis, fere cinchonae instar agunt; at haec ipsa pharmaca, alia adventante epidemia, effectu saepe omnino destituuntur[132]). Hoc idem ipsa in cinchóna interdum contingere, suspicamur quidem[133]), at si revera contingat, casu complicationis, praecipue gastricae[134]), excepto, perraro. Utile opus esset, characteres febrium intermittentium apprime eruere, quae variis cinchonae remediis surrogatis, in speciali-

A. Ernet de medicamentis in febribus intermittentibus cortici peruviano substitutis. Berol. 1822.

132) Febres intermittentes, quae anno 1801. vere et aestate Vindobonae grassatae sunt, *seminibus phellandrii aquatici* constanter sanavi; sequentibus autem annis idem remedium eodemque in morbo spem semper frustravit. Similia relate ad corticem aesculi hippocastani inveniuntur in apparatu medicaminum Murrayi. Vol. III. p. 128 sq.

133) Anno, ni fallor, 1787, medici Insubriae fere omnes conquerebantur, corticem peruvianum in tollendis intermittentibus consuetum effectum minime produxisse. Inprimis hoc adscribebatur pravae cinchonae conditioni, at quum ipsa optimae indolis inveniretur, culpam in peculiarem febrium indolem refuderunt.

134) No. 11. (73), Heberden.

cialibus epidemiis, devictae fuere. — Patet autem quoque de nullo inter ea remedia certum judicium ferri posse, nisi illius virtus febrifuga ab experientia nonnullorum annorum confirmetur. — Caeterum remediis cinchonae surrogatis hucusque cognitis, minus oeconomiae consulitur, quam primo intuitu videri posset. Magnum enim oeconomiae momentum in eo positum est, ut morbus citius tutiusque, quam fieri possit, tollatur; at si consideremus magnas remediorum surrogatorum doses, quae plerumque ad morbum debellandum requiruntur; necessitatemque, ubi non prosint, ad cinchonam tandem serius ocyus confugiendi; palam fit, hujusmodi remedia surrogata, praesertim in nosocomiis, in quibus ad tempus longioris detentionis aegrorum, ob victum aliasque caussas, ratio simul est habenda, saepe ipsius cinchonae pretium superare[135]). Haec omnia vero nos non impedient, quo minus hîc de praecipuis cinchonae remediis surrogatis disseramus.

Radices variae. 22. Radicem *cephaëlidis ipecacuanhae* tum in refracta omnino dosi, tum ad ipsam nauseam vomitumque usque porrectam, non raro in febribus intermittentibus tollendis proficuam invenimus, invenerunt jam pridem Gianella[136]), et Wichmann[137]),

135) Idem fatetur et calculo demonstrat Bourges. Vid. *Journal général de médecine etc. T. XXXV. Mai* 1809. p. 47 sq.

136) De admirabili ipecacuanhae virtute in curandis febribus. In Halleri coll. diss. pract. T. V. No. 155.

MANN[137]). Praecipue hoc remedium in iis intermittentibus conducit, quas insolita ciborum aversio comitatur. Radix quoque *acori calami* in intermittentibus laudem meretur[138]). Exhibetur in pulvere ad scrupulos duos interpositis spatiis idoneis. Non ita laude digna radix *gei urbani*[139]), licet cinchonae instar ad uncias tres exhibita fuerit. Radicem *gentianae luteae*[140]), quoque uti febrifugum commendatam, nunquam, nisi aliis remediis junctam, in febribus periodicis tentavimus. Nec hisce in morbis radices *anthemidis pyrethri*[141]), *dictamni albi*[142]), *plantaginis latifoliae*[143]), *marantae arundinaceae*[144]) tentamini subjecimus.

137) Vid. SCHAERTLICH diss. de usu opii in febre intermittente. Goett. 1783.

138) Acta soc. med. Havniensis. Vol. II. p. 206. HEBERDEN l. c. p. 142.

139) BUCHHAVE observationes circa radicem gei urbani. Copenh. 1781.

140) ETTMÜLLER opp. T. II. P. I. p. 277. — FR. HOFFMANN med. rat. syst. T. III. Sect. 2. c. 8. §. 4. — Eph. Nat. Cur. Dec. III. a. 9. obs. 23. Schol. MURRAY op. cit. T. II. p. 14 sq.

141) *Journal der ausländischen medicinischen Literatur.* 1802. *Junius.*

142) STÖRK lib. de flammula jovis. Cap. II. cas. 4 et 5.

143) DIOSCORIDES de med. mat. L. II. c. 114. — BOERHAAVE mat. med. Sect. 768. — SENAC l. c. Lib. II. cap. 9. („ego quidem jusculum quo erant incocta ejus (plantaginis) herbae folia, febres contumaces abegisse novi"). Inter patris schedas sequentem invenio: „*Den*

jecimus. Radix *aristolochiae serpentariae* utiliter in febre intermittente rebelli cinchonae jungitur[145]).

Herbae nonnullae.

23. Inter herbas ad febres intermittentes sanandas, eae *menyanthis trifoliatae*[146]), et majori adhuc in gradu *artemisiae absynthii*[147]), satisfecerunt, vim scilicet paroxysmorum infregerunt, ac febrem sensim sensimque debellarunt. Usi sumus succo recenter expresso et alcohol, singulorum drachmis tribus, bis terve curriculo apyrexiae repetendis. Methodum hanc fere solum militibus et rusticis, et quidem absente omni diatheseos inflammatoriae indicio, accommodatam esse, per se elucet. Herbas *datiscae cannabinae*[148]), *taxi baccatae*[149]),

16. *April* 1818 *versicherte mich Herr Dr.* Pfeiffer (*Arzt in der Leopoldstadt Wiens*), *dass er mehrere Wechselfieber dadurch glücklich geheilt habe, dass er seinen Kranken zwischen den Anfällen ein Decoct, welches er mit einer Handvoll der Wurzeln der Plantago latifolia mit Wasser zubereiten liess, zu trinken gegeben habe.*“

144) Bull. univers. 1824. Octobr. (sub forma ptisanae).

145) R. Pulveris corticis cinchonae officinalis drachmas sex; radicis aristolochiae serpentariae drachmas duas. M. D. in octo partes aequales; vel M. fiat. l. a. electuarium c. s. q. Syrupi cinchonae; ut supra capiatur.

146) Hufeland's *Journ. d. prakt. Heilk.* 2. *Th.* p. 457.

147) Heuermann's *Bemerkungen u. Untersuchungen.* 1. *Th.* p. 20. Kortum l. c. p. 15.

148) Adhibuit Rubini in pulvere, a scrupulo uno ad drachmam semis bis quaterve de die, aut extractum a

*tae*[149]), *lycopodis Europaei*[150]) et *syringae vulgaris*[151]), nunquam adhibuimus.

24. Interdum cum successu, sed tamen nunquam illi cinchonae aequiparando, longe saepius sine omni fructu, usurpavimus quosdam inter laudatos in febre intermittente cortices, *cortices* scilicet *aesculi hippocastani*[152]), *salicis*[153]) tum *albae*[154]), tum Cortices varii.

granis quatuor ad grana sex. Vid. *Medicinische National-Zeitung.* 1798. p. 345.

149) Brera comment. med. T. I. Part. 1. p. 76. Adhibet praeter folia et corticem, utriusque scilicet pulverem, spatio nychthemeri partitis vicibus ad drachmas duas; extractum a granis decem ad grana duodecim.

150) *Lettera del medico* G. Fr. Re *sovra un nuovo succedaneo della corteccia del Peru. Torino* 1820. (Tota planta exsiccata, et in pulver. subt. redacta bis ter de die a scrupulo uno ad drachmam unam).

151) *Nye Hygaea, udgivet af* C. Otto 1823. *Febr.* v. *Magazin der ausländischen Literat. der gesammt. Heilk. herausgeg. v.* Gerson *u.* Julius 1824. *März. April.* p. 365.

152) Turra *lettera ed alcune osservazioni sulla febrifuga qualità dell' ipocastano. Vicenza* 1780. Zanichetti *lettera intorno alla facoltà dell' ipocastano.* Vid. *Raccolta d'opuscoli scientifici. T. X.* p. 200. Contra vid. *Journ. général de médec. T. XXXV.* 1809. *Mai.* p. 34.

153) Rosenblad diss. de usu corticis salicis in febrib. intermitt. Lond. 1782. James *observations on the bark of a species of Willow. Lond.* 1792. White *observations on the Willow-Bark. Bath.* 1798.

154) Günz de cortice salicis albae, cortici substituendo.

tum *latifoliae*[155]), tum *fragilis*[156]), [*quercus roboris*[157]), *pruni padi* et *spinosae*[158]). Desideramus experientiam propriam relate ad virtutem febrifugam corticum *crotonis cascarillae*[159]), *liriodendri tulipiferae*[160]), *angusturae*[161]), *calysayae Arollendae*[162]) et *Rhois Cotini*[163]). Item respectu *carbonis vegetabilis*[164]), et *lichenis parietini*[165]).

Lips. 1778. Stone *philosoph. transact. Vol. LIII.* p. 195 sq.

155) *Experiments and observations on the cortex salicis latifoliae. By* G. Wilkinson. 1803.

156) Gerhard. Vid. Murrayi op. cit. Vol. I. p. 47.

157) Scopoli flora carniolica. p. 414. J. Marx *Geschichte der Eichlen. Dessau* 1784. p. 75. — R. A. Zwierlein *Deutschlands Eichenbaum mit seinen höchst wirksamen Heilkräften. Leipzig* 1824. p. 37—55.

158) *Salzburg. med. chirurg. Zeitung.* 1808. *No.* 77.

159) Junkerus therapia generalis. p. 302.

160) *Salzburg. med. chirurg. Zeitung.* 1809. *No.* 20.

161) Brand *treatise on angustura. 2. edit.* 1793. F. A. A. Mayer *Beyträge zur Geschichte der Angustura-Rinde. Gött.* 1793.

162) Froriep *Notizen aus dem Gebiete der Natur und Heilkunde.* 9. *B.* 6. *St.*

163) Zsoldos historia Rhus cotini. Taurini 1815.

164) Calvert in *Bibliothèque médicale Britannique. Paris* 1814. *No.* 1. (a granis quindecim ad viginti ter quaterve de die), Makesy in *the New-England Journal of medecine, surgery and the collateral branches of science. Vol.* 4. *No.* 2.

*tini*[165]). *Lignum quassiae amarae*[166]) pluries incassum omnino tentavimus.

25. *Flores arnicae montanae* non immerito in febribus intermittentibus commendatas fuisse[167]), si paucis, quae cum iis instituimus, periculis pondus quoddam concedendum est, arbitramur, praesertim in tertianis autumnalibus, in quartanis, in febribus intermittentibus sine nota caussa recidivas patientibus, cum proclivitate ad obstructiones viscerum, ad oedema, absente inflammatoria quacunque dispositione. Interdum arnica sub iisdem rerum positionibus utiliter cinchonae additur[168]). Florum *matricariae chamomillae*, jam antiquitus[169]) Flores aliqui.

165) *Die Wandflechte, ein Arzneymittel, welches die peruvianische Rinde nicht nur entbehrlich macht, sondern sie auch an gleichartigen Heilkräften übertrifft. Als solches entdeckt, erprobt, untersucht, beschrieben u. dem k. k. Directorium der med. Facultät zu Wien zur Concurrenz überreicht, von Dr.* G. C. H. Sander. *Jm Jahr* 1813 *von Sr. k. k. Majestät von Oesterreich mit dem Preise von hundert Dukaten belohnet. Mit 1 Kupfer. Sondershausen* 1816.

166) Schleger *Casselische gelehrte Beyträge.* 1769. *May und Juni.*

167) Stoll ratio medendi. T. III. p. 168. Vide etiam collect. soc. med. Havn. T. II. p. 162. Ita: Plies in Hufeland's *Journal* 9. *B.* 2. *St.* p. 87. Kirckhoff l. c.

168) R. Pulveris corticis peruviani unciam unam. Pulveris florum arnicae drachmam unam. F. c. s. q. Syrupi corticis peruviani electuarium. Cap. spatio duarum apyrexiarum.

tus[169]) celebratam, virtutem in febribus intermittentibus, vel cinchonae rebellibus, testatur HEBERDEN[170]).

Semina. Fructus. 26. Quid de virtute febrifuga *seminum phellandrii aquatici* sentiendum sit, jam monuimus[171]). *Nucleos amaros amygdali communis*, qui jam a BERGIO[172]) aliisque[173]) et nuper[174]) in febribus intermittentibus commendati fuere, pro suspecto habemus[175]) atque haud securo remedio[176]). Etiam *aqua pruni laurocerasi* semper incassum in febre intermittente a nobis adhibebatur. Nil circa virtutem febrifugam seminum *strychni nucis vomicae*[177]),

169) GALENUS de simpl. med. facultat. L. III. — DIOSCORIDES de med. mat. L. III. c. 145. (praecipue succus expressus).

170) l. c. Dosis scrupuli duo, corticis cinchonae instar repetendi.

171) No. 21. not. 132.

172) Materia medica. p. 413.

173) Pulvis antifebrilis HEURNII, ante paroxysmum cum vino hauriendus, constabat ex amygdalis amaris, nucleis persicorum et nuce moschata usta, ââ scrupulo uno. (HAEN rat. med. P. XI. c. 1.).

174) HUFELAND's *Journ. der prakt. Heilk.* 28. *B.* 2. *St.* p. 111. 3. *St.* p. 134.

175) Relatum nobis fuit Genuae, hominem quartana laborantem, cui agyrta unciam amygdalarum amararum porrexerat, ab hac dosi necatum fuisse. Agyrta ad forum vocatus, exemplis patefecit, se tali modo jam multas quartanas rebelles sanasse.

176) Aliquoties saltem sine fructu nucleos hujusmodi adhibui.

*cae*[177]), *ignatiae amarae*[178]), *sinapis nigrae*[179]), *piperis nigri*[180]), et *corticis fructus pomi aurantiaci*[181])

177) Junghans diss. de nuce vomica et cortice hippocastani. §. 5. Hufeland's *Journal* 2. *B.* p. 493 sq. Quum nux vomica peculiare in medullam spinalem exerceat imperium, quumque febres intermittentes ex hac systematis nervosi parte potissimum proficisci videantur; operae pretium foret, pharmacum illud ulterioribus submittere experimentis idque cautissime. A granis enim *quindecim* nucis vomicae puella interfecta est narrante Fr. Hoffmann (l. c. T. II.).

178) Hufeland l. c. p. 498.

179) Murray op. c. T. II. p. 326.

180) Usus *piperis* in febribus intermittentibus antiquissimus est. Ait Heredia (syntagma. Quaest. XXI. de cura hemitritaei): „Et Galenus quidem, et qui ante eum fuerunt, curant hemitritaeos cum aqua hordei, *in qua est virtus piperis.*" Piperis *grana* adhibuerunt Amatus Lusitanus (cent. II. cur. 97.) et Ettmüllerus (opp. Tom. II. pars. I. p. 273.). De usu *olei piperis destillati* in febribus intermittentibus loquuntur Ernestus (lib. de oleis destillatis), Kunrad (med. destill. Pars I.) etc. Piperis virtus antifebrilis celebratur quoque a Lange (de remed. Brunsw. domesticis p. 113.) ab A. Aasheim (in actis R. soc. med. Hafn. Vol. III. p. 270.) aliisque. Altera ex parte Forestus (lib. V. obs. 9. schol.) piperis usum pro periculoso declarat. Tanti viri monitum hoc pharmacon e praxi medica exulasse videtur, donec iterum in illam introductum fuerit per meum ex fratre nepotem Ludovicum Frank (*medicinisch-chirurgische Zeitung.* 1821. *No.* 9. 10.) grana integra piperis decem ad sexdecim de die exhibentem. Interea celeberrimi chemici

*tiaci*[181]) et *punicae granati*[182]), ex propria experientia proferre possumus. Profuit non raro infusum ex fabis tostis[183]), praesertim vero viridibus[184]), *coffeae.*

27. De

OERSTAEDT, PELLETIER et POUTET in pipere nigro *principium gentilitium* detexerunt illudque nomine *piperini* salutarunt. Confirmata hujus principii existentia ab eximio chemico, comite PAOLI (OMODEI *annali universali di medicina. Vol. XIX.* p. 197.), illud a cl. D. MELI (*sui vantaggi della piperina o alcali del pepe nero*) adversus febres intermittentes laudatum est. Ac revera novum hoc pharmacon suffragia nuper collegit DD. MICCOLI (OMODEI op. c. Vol. XXIX. p. 269.) et GORDINI (*osservazioni sull' uso del piperino.* OMODEI op. c. *Giugno* 1825. *No.* 102. p. 375.) qui ultimus contendit, piperinum dosi sex vel octo granorum successive porrectum, febres intermittentes, iis quae sulfati chininae restiterunt non exceptis (sic?), sanare et illarum recidivas optime praepedire. Doleo miracula piperini alibi (*repertorio medico chirurgico di Torino* 1824.) in dubium vocari.

181) J. LANZONI in Eph. Nat. Cur. Dec. III. a. 2. obs. 35. — WERLHOF in Commerc. Literar. Norimb. a. 1735. heb. 2. 3. p. 98. — MOEHRIN ibid. 1736. p. 20. WILBERDING diss. de aurantiis. cap. 2. §. 6. (Pulvis cum syrupo citri in electuarium reductus), RIVERIUS Cent. IV. obs. 84. (cum vino), NIGRISOL l. c. p. 276. not. ad SPONII quaest. 26 (infusum vinosum).

182) *Notice sur un remède propre à remplacer le quinquina; par le* D. REMANN. *Moscou* 1809.

183) Vulgatissimum atque haud raro efficax remedium, praesertim potatorum, febribus intermittentibus labo-

27. De antiquissimo[185]), *opii* in febribus intermittentibus usu, debitis locis[186]) jam mentionem fecimus. Caeterum illud febribus hujusmodi radicitus evellendis impar est. Extractum *hyoscyami et hellebori nigri*, *aconiti napelli*[187]) atque tincturam *agarici muscarii*[188]), hisce in febribus nunquam adhibuimus. *Oleum animale Dippelii* jam dudum in illis praescribebatur[189]), alia vero remedia ejusdem generis e. c. *moschus*, *aether sulphuricus*, *camphora*, potissimum systematis Narcotica. Excitantia.

rantium, sistit potus ex fabis tostis Arabicis cum succo citri et taphia.

184) *Erfahrungen über den rohen Caffee. Von* Grindel. Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1809. 11. *St.*

185) Galenus de theriaca ad Pison. cap. 13. — Aegineta. L. II. c. 23. — Trallianus. L. XII. c. 8. — Forestus. L. III. obs. 29. Schol. — Schaertlich diss. de usu opii in febre intermittente. Goetting. 1783. — J. V. Breda de variis opium scopo febrifugo adhibendi methodis. Lugd. Bat. 1800.

186) No. 3. 5.

187) Hufeland's *Journal* 2. *B.* p. 532. 18. *B.* p. 104. Vomitum, post febrem intermittentem emeticam, caeterum cortice sanatam, relictum, extracto aconiti napelli, sensim sensimque ad grana viginti quinque de die porrecti, sanavit Dr. Deste, narrante Puccinotti *lettera etc.* p. 36.

188) Remedium domesticum in Lithuania, at sane periculosum.

189) a Werlhofio. Obs. de febr. Sect. II. p. 78. — Haller diss. de praeparatione olei animalis ejusque in febribus intermittentibus usu. Goetting. 1747.

matis Brunonis gratia in therapiam hujus morbi introducta fuisse [190]) suspicamur.

Murias ammoniae, alumen.

28. *Murias ammoniae* jam dudum celebritatem in febrium intermittentium cura acquisivit [191]), atque eam ad hanc usque diem non amisit. Debet autem remedium hujusmodi magna dosi, e. c. a drachma una et ultra brevi ante paroxysmum porrigi, nam repetitis vicibus spatio apyrexiae et parva dosi nil efficit, rite monente KORTUM [192]). Verum non omnes aegri magnas muriatis ammoniae doses, sine ventriculi incommodis, perferre queunt. Hoc cum ita sit, raro curam febrium intermittentium omnino huic remedio committimus, saepius vero illud cortici jungimus [193]), praesertim in intermittente autumnali, quae obstructionibus viscerum abdominis debilitateque ventriculi stipatur. Circa *aluminis* [194]) in febribus intermittentibus virtutem, propria destituimur experientia.

29. Et

190) MARCUS *Magazin d. speciel. Therapie u. Klinik.* 1. *St.* Antidotum invenitur in BOEHMERI diss. de curatione febrium intermittentium per exaestuantia infida et nocivа. Hal. 1774. Cfr. TANTINI opusculi scientifici. Pisa 1812. §. febbri intermittenti. p. 4.

191) WILHELM MUYS diss. de salis ammoniaci praeclaro ad febres intermittentes usu. 1716. CAUSLAND in *medical commentar.* Vol. III. REIL op. cit. 2. *B.* p. 178.

192) l. c.

193) R. Pulveris corticis cinchonae officinalis drachmas sex. P. muriatis ammoniae drachmas duas. M. D. in octo partes aequales.

194) TRNKA l. c. p. 360.

29. Et *antimonii* virtus in febribus intermittentibus celebratur[195]), ea scilicet oxydi stibii hydrosulphurati praecipitati (kermes), et praecipue tartratis stibii et potassae. Hoc ultimo remedio non solum in febribus intermittentibus gastricis et rheumaticis utiliter usi sumus, sed in simplici etiam, praecipue vernali. Attamen in graviori casu nunquam satisfecit. Antimonium.

30. De usu *martis* contra sequelas nonnullas febrium intermittentium infra sermo erit. Verum vel in ipso earum curriculo interdum utiliter ferrum, praecipue cum extractis amaris[196]), adhibuimus, adhibuerunt alii[197]). Sulphatem ferri[198]), et *prussiatem ferri*[199]), nullo tentamini adhuc Mars. Bismuth.

Aa 2 sub-

195) Unzer's *Arzt. XII. B.* Causland in Duncan's *med. Comment. for the year* 1781. 1782. *Vol. VIII.* Marx in Tode's *medicin. Bibliothek.* 2. *Th.* 2. *St.* p. 120.

196) R. Extracti herbae menyanthis trifoliatae unciam unam. Pulveris limaturae martis purae drachmas duas. M. f. c. s. q. mellis electuarium. Cap. omni secunda sive tertia hora ad magnitudinem nucis.

197) Riverius prax. med. L. XVI. Sect. 2. c. 5. Huxham opp. T. II. c. 2. p. 35. Grainger l. c. p. 99. De Felici medicus Ticinensis expertissimus.

198) *Journal général de médecine etc. T. XXXIV.* 1809. *Janvier.*

199) *A treatise on the use of Prussiate of iron in intermitting and remitting fevers. By* W. Zollickofer. *Maryland* 1822. Hosack in *New-York medical and physical Journ.* 1823. *June.* V. *Magaz. der ausl. Li-*

subjecimus. Idem de *oxydo Bismuthi*[200]) fatemur.

Mercurius. 31. *Mercurii*, praecipue muriatis hydrargyri virtus in ea febre, quae intermittentis instar decurrit atque syphilidis progenies est[201]), quotidie confirmatur. Existimamus imo, febres, de quibus fertur[202]), eas nullo pacto cinchonâ, sed solo tandem hydrargyro sanari potuisse, non ad classem febrium intermittentium legitimarum pertinuisse. At propterea peculiarem vim febrifugam mercurii[203]), nequaquam in dubium vocamus; imo eam in febribus intermittentibus, hepatis obstructione stipatis, ipsi experti sumus. Quartanam enim per annum et ultra rebellem, *aethiope antimoniali*, ad minimas doses per mensem, exhibito, debellavimus[204]).

32. An-

*terat. d. gesammt. Heilk. von* Gerson *und* Julius. 3. *B.* p. 474. 6. *B.* p. 508.

200) Henke in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1820. *Sept.* p. 99. (Ad plura grana (!) secundâ vel tertia quaque hora!!). Ipse vero ille auctor jam laudes propositi remedii temperat l. c. *December* p. 27.

201) §. XXVIII. 2. (7).

202) Alex. Monro in Actis Edinb. Vol. VI. art. 47. obs. 9.

203) Burserius l. c. §. 186. Herz *Briefe* 2. *Samml* p. 109. Hufeland's *Journ.* 3. *B.* p. 182. Lysons *treatise of the use of camphor and calomel in fevers.* v. *Edinburgh medical Essay's and observations. Vol. VI.*

204) Vilnae in filia decenni D^mini^ Grzcewicz, quae morbum prope Pinsk contraxerat. Cfr. Schulze diss. de

32. Antiquus est usus *arsenici* in febribus intermittentibus[205]), vel inter rusticos et judaeos Lithuaniae. Malorum antiquiorum[206]) immemores, terribile hoc venenum, et qui ex illo paratur, *arseniatem potassae*, de novo in praxin introduxerunt TH. FOWLER[207]), BURDACH[208]), HEIM[209]), HARLESS[210]), BÜRGER[211]), WINKLER[212]), HOFF- Arsenicum, phosphorus.

usu mercurialium in febre quartana curanda. Hal. 1742.

205) R. LENTILIUS Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 5. obs. 46. — J. G. LAIB ibid. a. 5. in addend. p. 474. — M. FRICCIUS tract. de virt. venen. med. cap. 2. — JACOBI act. Mogunt. T. I. p. 216.

206) E. STAHL obs. phys. med. a. 1697. novembr. cap. 1. (duos aegros arsenico adversus febres intermittentes, quibus laborabant, adhibito, interfectos fuisse, narrat), — STÖRK ann. med. p. 79. 80. (aeger cum intermittente per arsenicum in febrem hecticam conjectus fuit), — SCHLIERBACH act. phys. med. nat. cur. Vol. VI. obs. 62 etc.

207) *Medical reports of the effects of arsenicum in the cure of agues. Lond.* 1786.

208) *Handbuch der prakt. Arzneymittellehre.* 3 *Th. Leipz.* 1806. p. 63.

209) HORN's *Archiv für med. Erfahr.* 1810. 3. *B.* 2. *St.*

210) *Journ. der ausländischen med. Literatur.* 8. *B.* 2. *St. Bemerkungen u. Erfahrungen über die Heilsamkeit des Arseniks gegen Wechselfieber. Frankf.* 1810.

211) HORN l. c. 1814. p. 249.

212) *Erfahrungen über die Heilkräfte des Arseniks gegen Wechselfieber.* v. *Allgemeine med. Annal. des zweyten Jahrzehends des* 19. *Jahrhunderts.* 1811.

Hoffmann[213]), Ebers[214]), Brera[215]) et Tantini[216]). Veluti coacti[217]) tria cum arsenico in febribus intermittentibus instituimus experimenta, eaque incassum, et, Deo sit laus, absque detrimento. In ea nempe nunc versamur opinione, haud nova[218]), veneno illo febres intermittentes quidem sanari, verum aegros interfici. Illius

213) *Ueber den Gebrauch des Arseniks gegen Wechselfieber u. einige verwandte Krankh.* v. *Abhandl. der phys. med. Soc. zu Erlangen.* 2. *B.*

214) Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1813. (Interea rite de periculis ex arsenico judicat).

215) *Annotazioni medico-pratiche sulle diverse malattie trattate nella clinica medica — di Pavia. Nuova ed. accresciuta. Crema* 1806. 4. *Vol. I.* p. 228.

216) *Esperienze mediche. Pisa* 1825. p. 33.

217) Rogantibus nimirum clinici instituti Vilnensis alumnis a. 1810. Serius istiusmodi precibus, ut nova et periculosa pharmaca experimentis clinicis subjicerem, aures amplius *non* praebui, neque me unquam ita fecisse poenituit. Crescebat enim in dies fides publica in scholam clinicam, quo magis vulgus certior reddebatur, illam neutiquam ad probandum, sed ad sanandum, institutam esse.

218) Senac ait: „. . eoque (arsenico) sunt plurimae *febres devictae*, sed *aegri* in phthisin tandem delapsi *mortui sunt.*" l. c. L. II. cap. XI. En patris mei schedam huc spectantem: „*Herr Oberstaabsarzt* v. Wehring *versicherte mich den* 13. *September* 1811, *dass, als er in Ungarn war, in einem Militärspitale das Arsenicum häufig gegen die Wechselfieber von einem Regimentsarzte gebraucht worden sey; dass aber sehr viele*

Illius aemulum, *phosphorum*[219]) nec tentavimus, nec unquam tentabimus.

33. Convertamus nos ad tutiora. *Gelatinam* *animalem*, a SEGUIN in febre intermittente commendatam, virtute quidem non omnino destitutam esse, vel propria experientia testatur. At longe abest, ut hoc remedium cum cinchona aequiparemus; si excipiamus forte quasdam epidemias febrium intermittentium, in quibus gelatina peculiari modo utilis videbatur[220]). Optime virtutem hujus remedii ad trutinam vocavit HALLÉ cum sociis[221]). Ita ALIBERT[222]). Caeterum auxilia Gelatina. etc.

*Patienten, die solch ein Mittel gebraucht hätten, in tödtliche Wassersuchten verfallen seyen, so dass er keine dieser Wassersuchten geheilt habe.*"

219) Medici nonnullorum nosocomiorum Vilnensium phosphorum cum successu in febribus intermittentibus pertinacissimis sine viscerum obstructionibus, sequenti sub forma adhibuerunt. R. Phosphori, hepatis sulphuris aa grana quatuor. Myrrhae scrupulum unum. Vitelli ovorum No. unum. Conterendo assidue affunde sensim sensimque, donec phosphorus exactissime subigatur, emulsionis gummi arabici libras duas. D. S. Probe agitando lagenam, capiat (adultus) ter de die cochleare majus.

220) GAUTIERI *Versuche und Beobachtungen über die Wirksamkeit der thierischen Gelatina in intermittirenden Fiebern.* Vid. HUFELAND's *Journal.* 18. *B.* 2. *St.* p. 120.

221) *Journal général de médec.* *T. XIX.* p. 336. *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte.* 21. *B.* 4. *St.* p. 410.

lia adversus febres intermittentes e *regno animali* petita, nova non sunt; etenim contra hujusmodi morbum jam dudum commendati fuere: *millepedes* [223]), *araneae* [224]), earum *telae* [225]), *testae ovorum* [226]) et *ostrearum* [227]) *calcinatae*, *corda bufonum* [228]), *leporum* [229]), *cranium humanum* [230]), *urina* [231]), *varia stercora* [232]) etc.

Remedia externa. 34. *Remedia externa*, omnium antiquissima [233]), in febribus intermittentibus supervacanea non sunt [234]). Loquimur de *frictione columnae vertebralis* [235]); de *illinitione abdominis ope unguenti*

222) *Elémens de thérapeutique et de matière médicale. T. I.* p. 205.

223) Riedlin lin. med. Ann. II. Mart. obs. 4. p. 106—7.

224) Trnka l. c. p. 305.

225) Wierus l. c. p. 44. Chirurgus Vilnensis Woynicz nonnullas illarum ope fugavit febres interm. Cfr. Rust *Magaz. d. gesammt. Heilk.* 19. *B.* 3. *H.* p. 515.

226) Sauvages l. c.

227) Partem *pulveris antifebrilis Pharmacopoeae Batavae* constituunt.

228) Paullini Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 6. app. p. 40. obs. 33.

229) Gründel Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 8. obs. 104.

230) Benedictus L. XXX.

231) Trnka l. c. p. 330.

232) H. Commenus Eph. Nat. Cur. Dec. I. a. 3. obs. 120. (suilli in alcohol), Crüger ibid. Dec. II. a. 4. obs. 15. (avium), Paullini ib. a. 5. app. p. 36. obs. 58. (canis maris).

233) Schulze diss. cit.

234) Legi meretur Kortum l. c. p. 18.

235) Forestus L. III. obs. 38. (cum oleo chamomillae,

*guenti cum tartaro emetico*[236]); de *emplastro regionibus stomachi*[237]), *lienis*[238]), et *spinae*[239]), *imposito;* de *cataplasmate ex allio ad digitum*[240]), *deque aliis epicarpiis*[241]); de *camphora epigastrio appen-*

applicitis dein linteis calidis), — Stórk ann. med. II. p. 169. (cum pannis camphorâ imbutis), — Tozzi med. pract. L. II. (cum oleo colocynthidis), — R. A. Vogel l. c. §. 25. (cum unguento pomadino et oleis lavandulae et ruthae cumque balsamo peruviano), — Hautesierk *recueil II.* (cum oleo terebinthinae). Cfr. Knyper diss. de frictione spinae dorsi ut probatissimo remedio in febribus intermittentibus. Ultraj. 1784.

236) Pommer in Hufeland's *Journ. der pr. Heilk.* 1823. *Jänner* p. 29.

237) Velsch Ephem. Nat. Cur. Dec. I. a. 4 et 5. append. p. 53. Allen l. c. art. 42. (emplastrum antifebrile rubrum).

238) J. H. Schulze diss. de mercurii usu in febr. int. quartanis curandis §. 24. (emplastrum saponaceum).

239) Prosp. Alpinus v. Trnka l. c. p. 445. (emplastrum ex farina triticea, thure ââ unciis duabus, c. s. q. succi menthae).

240) Ledel Ephem. Nat. Cur. Dec. II. a. 9. obs. 127.

241) Boyle de utilitate philosoph. exper. exerc. V. c. 10. §. 17. (cataplasma ex uvis passulis minoribus, turionibus lupuli et sale marino), — Harrod crocologia cap. 2. (cataplasma ex allio, sale marino, pipere, et croco, partibus anaticis). — C. Renström *Schwedische Abhandlungen.* 15. *B.* 1. *Viertelheft.* (cataplasma ex nicotiana, fermento panis et aceto; ad brachium per nychthemeri spatium), — J. Lanzoni Eph. Nat. Cur. Cent. V. obs. 30. p. 60. (thuris in granis drachmae duae, croci grana decem, salis culinaris drach-

*appensa*[242]); de *fonticulis lumbis admotis*[243]); de *sulphatis chininii super loca prius epidermide spoliata inunctione*[244]), deque *electricitate*[245]).

Alia. 35. Per res in imaginationem potenter agentes, *amuleta*[246]) et similia[247]), nisus maximos corporis animique[248]), rebelles febres intermitten-tes

mam semis, vitelli ovorum No. unum. M. applicetur pulsui). Cfr. CALVET an febribus intermittentibus epithemata in carpis. Avenion. 1762.

242) ETTMÜLLER apud TRNKA l. c. p. 436.

243) Sic militem a febre quartana rebelli sanavi. Cfr. S. HOOD *analytical physiology. Liverpool* 1822.

244) A. LEMBERT et A. J. LESIEUR in *Archives générales de médecine* 1824. *mai.* (epidermis vesicatorii ope detrahitur.).

245) *Schwedische Abhandlungen.* 14. *B.* 2. *Viertelheft.* — BALDINGER's *neues Magazin.* 3. *B.* p. 452. (ad ventrem et spinam), — MAUDUYT in FOURCROY *médecine éclairée. T. III.*

246) E. c. aëtites, aranea, lacerta aliaque variis corporis partibus appensa. Item per verba mystica. v. TRNKA l. c. p. 450.

247) E. c. *transplantatio* febris e corpore aegri in alia corpora, de quibus rebus absurdis legi posset RIEDLIN lin. med. a. II. novemb. obs. 30. (aegri urina a cane epota), — Ephem. Nat. Cur. Dec. III. a. 9. obs. 219. (urina in vesica porcina in camino suspensa); KUNRAD medulla distill. p. 377. (ovum recens in urina aegri decoctum et acervo formicarum immissum) etc.

248) Tali pacto *Quintum Fabium Maximum* a febre quartana in acie fuisse liberatum, historia refert. PLIN. hist. natur. Lib. VII. c. 50. — Cfr. ERDMANN in HORN's *neuem Archiv für med. Erfahrung.* 1. *B.* p. 267.

tes sanatas esse, mulierculae quotidie narrant, ac fasti medici confirmant. Idem de *terrore*[249]) et *ira*[250]) valet. Num et de *insitione vaccinae*[251])? Inter-

249) Militem Vilnae curavi, qui, quum primo praelio interveniret, terrore vehementer percussus, in febrem intermittentem inciderat. Ab hac liberari haud potuerat, donec, caeterum valens, alteri praelio, non minori terrore juncto, interesse debuerit. Praeterea de febribus intermittentibus terrore sanatis leguntur exempla apud Riedlin lin. med. ann. 6. p. 87. (ab explosione sclopetorum), Hünnerwolf Ephem. Nat. Cur. Dec. II. a. 3. obs. 93. (ex bombardae explosione), Boyle de utilit. phil. exper. exerc. 5. p. 282. (ex gliris praegrandis furiosi insultu), Manget in notis ad Barbetti prax. med. L. III. cap. 3. §. 9. p. 115. — Garmann Eph. Nat. Cur. Dec. I. a. 2. obs. 150. (ex lapsu in aquam), Lanzoni ibid. Cent. IX. obs. 5. (vide quoque Dec. II. a. 4. obs. 92. Dec. III. a. 3. obs. 47.). — Pechlinus obs. phys. med. L. III. obs. 24. (a lapsu); Ambr. Paraeus L. I. c. 23.; — Rolfink ord. et method. special. com. p. 1024., — Blegny zodiac. Gall. Januar.; — Davidson in *medical facts and observations. Vol. V. No.* 7. (ex fractura claviculae). Chomel l. c. §. 553. (ex fractura brachii quartana quinque annorum). Cfr. C. Pezold observ. med. chirurg. select. Vratislav. 1718. No. 20. — Scheidemantel *die Leidenschaften als Heilmittel betrachtet. Hildburgh.* 1787. p. 321.

250) Valeriola obs. med. L. II. obs. 4. (a quartana ira liberavit); Borrichius Eph. Nat. Cur. Dec. I. a. 3. obs. 238. (a tertiana pertinace).

251) Richter *specielle Therapie.* 2. *B.* p. 387. — *Jour-*

Interdum rebellis febris a cibo, licet re ipsa hoc in morbo incongruo, sed vehementer desiderato, fugatur[252]), quamobrem HILDANUS ait: „quartanarii, pica simul detenti, non prius febre liberantur, quam post perversi illius appetitus expletionem[253]).“ Nil vero securius rebellem intermittentem profligat, quam mentis recreatio[254]) et maxime peregrinatio ad regionem febribus hujusmodi non faventem, montosam et siccam[255]). Profuere inter-

*nal complémentaire du dictionnaire des sciences médicales. T. VI.*

252) E. c. a brassica acescente (C. BIERLING advers. curiosa No. 53.); a libris duodecim uvarum (LANZONIUS Eph. Nat. Cur. Dec. III. a. 4. obs. 66.); a vini potu ad ebrietatem (ibid. a. 1. obs. 67.); ab halecibus (PAULLINI ibid. Dec. II. a. 5. append. p. 16. obs. 21.). Cfr. TRNKA l. c. p. 461—63. — a Clupea Harenga (RUST *Magazin der gesammt. Heilk.* 19. *B.* 3. *H.* p. 517.).

253) KLEIN l. c. p. 100.

254) Legitur de febribus intermittentibus sanatis per *musicam* (HOLBERG apud TRNKA l. c. p. 467. — DUPONT in *Journ. de médecine. T.* 68. p. 288.) — per *basium* (ROMELIUS Eph. Nat. Cur. Dec. III. a. 2. obs. 218. — FORESTUS L. III. obs. 38. Schol. ex GUINERO) per *nuptias* (GERBEZ Eph. Nat. Cur. Dec. III. a. 1. obs. 137.) — per *choreas* (JAEGERSCHMIDT ibid. a. 3. obs. 100. — GABELHOFER Cent. VI. cur. 39. 40.) etc.

255) SYDENHAM l. c. Sect I. c. 5. §. 32. — FR. HOFFMANN l. c. T. IV. P. I. Sect. I. c. 2. obs. et caut. §. 4. — HUXHAM l. c. Tr. I. Cfr. Ephem. Nat. Cur. Dec. III. a. 7. obs. 16. 52.

interdum et aquae soteriae salinae gaz acidum carbonicum continentes[256]).

36. Quanti hinc momenti *regimen diaeteticum* in cura febrium intermittentium sit, jam satis elucet. Sine illo nec praesens curabitur febris, nec ejusdem sanatae impedietur recidiva. *Debet* autem *regimen diaeteticum peculiari febrium intermittentium indoli accommodari.* Sic diaetam strictissimam, quam medici veteres[257]) illorumque imitatores[258]), in omni febre intermittente imperaverant, dumtaxat ad has febres indolis inflammatoriae, rheumaticae, catarrhalis et gastricae, limitamus. Docet enim experientia, febres intermittentes simplices et diuturnas quaeque in aegrotis aliunde exhaustis obveniunt, abstinentiam a cibis neutiquam ferre[259]). Concedimus itaque tempore apyrexiae *juscula* cum oryza, hordeo, avena et potissimum cum radicibus apii petroselini, dauci carotae, herba scandicis cerefolii et similibus. Ubi stomachus viget, juniorum

Regimen diaeteticum.

256) *Die Heilquelle von Borszéck. Wien* 1825. p. 33.

257) Celsus L. III. c. 15. (una aqua calida ab initio).

258) Zacutus prax. med. L. III. obs. 2. — Riedlin lin. med. ann. I. mai. obs. 3. (abstinentia fere totalis), — Tessier ergo febri vulgari intermittenti cito compescendae, abstinentia. Paris. 1775.

259) Holler comment. in Coac. Hippocrat. p. 179. (lipothymia et mors in tertiana); Sponius apud Nigrisol l. c. quaest. X. (mors in quartana); Tulpius L. IV. c. 53. et Swieten comment. ad aph. 762. (noxae).

rum quoque animalium *carnes* albae concedi queunt. A fructibus horaeis, ovis et lacte abstinendum[260]). *Vinum* in morbo simplici, sique aegrotus illi adsuetus sit, concedi potest. Militibus et rusticis libenter hîc *crematum* exhibemus. Item *cerevisiam*, praecipue amaram. Praeterea ut *aër*, aegrotum et convalescentem ambiens siccus et calidus sit, curandum. Lectum evitandum esse, Sydenham docet[261]); contrarium contendit Senac[262]). Illius consilium in febre intermittente inflammatoria leviori; hujus autem monitum in reliquis hujus morbi speciebus sequi juvat. Caeterum, *motus* viribus respondens, non nocet, dummodo tempore diurno et in locis siccis instituatur. *Animus* esto placidus; sanatio enim febrium intermittentium per illius commotionem ad exceptiones spectat. Maxime coitus evitandus est[263]).

## §. XXXI.

*De convalescentia et febribus intermittentibus recidivis.*

Generatim. 1. Ne vero credamus convalescentem, quum paro-

260) Fructus horaei ubique nocent. Ova et potissimum lac dumtaxat in Lithuania nociva inveni.

261) Epist. respons. I. §. 23. 24. 262) l. c.

263) Quartanae enim trium mensium cortici rebellis ope coitus fugatae exemplum (Eph. Nat. Cur. Dec. II. a. 10. obs. 128.), exceptionem constituit sane rarissimam. Ego enim inveni, coitum maximum sanationis febrium intermittentium obstaculum constituere.

paroxysmi febris intermittentis suppressi sunt, sanitatem jam attigisse! latet enim adhuc morbi germen, minima porrecta opportunitate, rursus pullulans. Proclivitas ista recidendi, characterem gentilitium febrium intermittentium sistit. Placuit hinc propositum[1]), illum in definitionem suscipiendi. Nec minus placuit impulsus, quem doctorum coetus medicis dedit[2]), ut scilicet serio in modum tantae calamitati[3]) occurrendi, inquirant.

2. Expectandus est reditus paroxysmorum febris intermittentis, ubi pulsus necdum ad conditionem normalem rediit; ubi aliquod a febre remansit Signa.

1) Robert Thomas *the modern practice of physic. With appendix by Dr.* Hosack. *New-York* 1817.

2) Societas illustris Italica scientiarum die 18. Augusti a. 1803. sequentem proposuit quaestionem: „*Determinare con decisive sperienze una maniera più sicura e men fastidiosa delle usate finora, onde impedire la recidiva delle febbri periodiche già troncate colla chinachina.*"

3) „*Qual dispiacevole cosa per un uomo che già si credea salvo nel porto, trovarsi di bel nuovo in mezzo alla tempesta? Quanto è crudele lo stato d'incertezza a cui è ridotto un recidivo, che ad ogni mutazione di stagione, ad ogni alterazione di cibo, ad ogni affezione d'animo tema di risentire scorrersi nelle vene il gelo febbrile.*" *Dissertazione di* Pietro Rubini *sopra la maniera meglio atta ad impedire la recidiva delle febbri periodiche, coronata dalla società Italiana delle scienze. Modena* 1805.

mansit malum; ubi horâ, qua paroxysmus invadere erat solitus, debilitas increscit et crebra obvenit oscitatio; ubi convalescens ipse sensum internum secundae valetudini proprium necdum experitur; maxime vero ubi oris amarities, vel salivae dulcedo 4) percipiuntur; ubi lingua arescit; ubi ciborum desiderium languet, ubi ventriculus tumet; ubi alvus segnis est; ubi urina pauca, sedimento praedita, apparet; ubi somnus levis, viresque prostratae sunt; ubi carnes siccae, urentes; ubi sudor praeter consuetudinem, et nutritio non restaurata.

Caussae. 3. *Caussae* febrium intermittentium recidivas promoventes, sunt debitae criseos defectus 5); febris, spontanea seu artificialis, paroxysmo pari, cessatio 6); neglectus complicationum 7) et cinchonae

4) J. D. SANTORINI *istruzioni intorno alle febbri. P. II.*

5) „Quae in morbis post crisin relinquuntur, recidivas facere solent." HIPPOCRATES Sect. II. aph. 12.

6) „Febrientem si non in diebus imparibus febris dimiserit, recidivare solent." (HIPPOCRATES Sect. IV. aph. 61.). Hanc sententiam confirmat FORESTUS (Lib. III. obs. 14.), dicens, febres tertianas post paroxysmum 2. 4. 6. 8. cessantes eousque recidere, quousque tandem cum paroxysmo impare cessent. Nec aliter sentit VAN HOVEN (op. c. 1. *Th.* p. 94.). Meum hac in re judicium quondam (Cfr. prima hujus operis editio p. 82.) suspenderam; nunc novis per tria lustra collectis observationibus, allatorum scriptorum opinioni et ego subscribo.

7) „. . . sublato morbo incredibile dictu, quanta mor-

nae praepostera exhibitio; hujus pharmaci, ubi indicatur, aut brevis [8]), aut protracta nimis [9]) administratio; febris diuturnitas [10]); usus incongruus venae sectionis [11]), purgantium [12]) et clysterum [13])

borum vis, *expurgationis defectu* post febres autumnales subnascatur." ,,. . . hoc intelligi velim de iis solum febribus, quae vel sponte sua, vel alio sive medicamento, sive methodo, praeter corticem peruvianum erant debellatae." Sydenham opp. Sect. I. cap. 5.

8) Gorter (compend. med. Tract. LII. §. 31.) inquit: ,,cortex si *magna copia* detur, febrem sistit sine recidiva." Addit Burserius (op. c. §. 133. not. a): ,,Verum id esse, pluries et pluries comperi." Sic quoque G. Galeatius in Comment. instit. scient. Bonon. T. V. P. 2. p. 224.

9) ,,*Les effets toniques du quinquina sont sans contredit bien constatés: mais il l'est également, que leur usage trop prolongé finit par en produire, qui leur sont directement opposés.*" Dupan *considération sur la nature et le traitement du rachitis.*

10) Observavit praeterea Strack (l. c.) ,,febrim, quae *diu insedit*, corticis plus ad curationem requisivisse et *magis obnoxiam fuisse recidivis*, quam quae, ut incepit, protinus expulsa est. Accedit Panzani ubi ait: ,,*noi possiamo attestarne per nostra propria esperienza e sopra di noi medesimi e sopra altrui, che adoperando un tal metodo (di troncare subito le intermittenti) si evitano frequentemente le recidive, mentre non assueto il sistema alla frequenza, alla moltiplicità delle febbrili reproduzioni si libera tuttavia vegeto dal nato morbo, nè quasi punto è disposto ricader facilmente nella morbosa già debellata sua condizione.* (*Storia ragionata dei morbi*).

11) Strack l. c. aegrot. XVI[us].

12) ,,Novi ego alios a febre (intermittente) aliquamdiu curatos, cum *purgationem* pro exterminandis materiae febrilis reliquiis fortiorem inirent, illico recidivam passos." Willis de febrib. cap. 4.

sterum [13]) in convalescentia; transitus rapidus nimis a diaeta lauta convalescentium in nosocomiis, ad victum tenuem domesticum apud pauperes [14]); et potissimum perseveratio constitutionis annuae aut epidemicae febribus intermittentibus faventis. Nec proinde mirum est, si, praesertim in corpore imbecilli [15]), ut primum, sic iterum, et tertio, et quarto, caussae remotae a quibus febris antea orta est, illam non revocent modo, sed etiam excitent atque inducant [16]). Nec observationem silentio praeteribimus, certas febrium intermittentium epidemias prae aliis recidivis favere [17]). Utut sit, caussae recidivas gignentes inprimis activae observari solent, dum ea in aegrum agunt die, qua antea paroxysmum experiri erat solitus, animadvertente jam CELSO [18]). Prudens

13) „Levissima catharsi, immo *enemate* ex lacte et saccharo, febris recidivam imminere eandemque, si non satis cessavit, purgante redire contumaciorem, aut pertinaciorem reddi, atque altas magis figere radices,“ SYDENHAM observavit. (op. c. Sect. I. cap. 5.).

14) Id quondam in nosocomio Ticinensi expertus sum; hancque observationem extollit RUBINI l. c. p. 27.

15) De febribus intermittentibus, quae Dionysiopoli a. 1801. grassabantur, quaesitores societatis medicae Parisiensis sic sentiunt: „*C'est au défaut de la chaleur, de vêtements, d'une nourriture appropriée à l'état de foiblesse, qu'on doit rapporter les principales causes de ces rechûtes, aux quelles les vieillards et les enfans ont été le plus exposés.*“ (*Recueil périodique de la société de médecine de Paris. T. XIII.*).

16) BURSERIUS l. c.

17) „Hae (recidivae) quovis tempore occurrere possunt, ac frequentius sese in *certis* produnt *epidemiis.*“ SENAC l. c. p. 124.

18) De medicina. Lib. III. cap. 16.

dens igitur est consilium STRACKII [19]) ut per totum convalescentiae curriculum, calculus dierum sive horarum, quibus antea paroxysmi adventare erant soliti, retineatur. Recidivae primo morbo pejores esse vulgo existimantur, at saepe saepius nullum discrimen detegere potuimus. Febres intermittentes cinchona sanatas, prae ceteris ad recidivas pronas esse, falsa est opinio.

Quomodo evitanda.

4. Ut periculum recidivae avertatur, praeter regimen diaeteticum, usus continuatus cinchonae vel alterius febrifugi exposcitur. Est tamen modus in rebus, nec convalescentes pharmacis obrui debent. Jugulato jam paroxysmo, spatio primi, secundi, tertii nychthemeri, drachma una pulveris corticis cinchonae mane et vespere sumta, ad impediendam recidivam sufficit. Dein satis est tertia quaque die, et quidem in tertiana die paroxysmo respondente, talem exhibere dosin. Rebus bene cedentibus quies tunc spatio aliquot dierum conceditur, confugiendo tardius iterum ad febrifugum, ita ut spatio trium hebdomadum patienti tres sive quatuor unciae exhibeantur. Atque sic in febre intermittente benigna. In perniciosa nempe ad minimum duplex requiritur dosis, ad curam omnino absolvendam. Hominibus cinchonae pulverem respuentibus potest quidem decoctum saturatum corticis ejusdem exhiberi, at vix ei fidendum, saepe saltem sub illius usu recidivas contigisse observavi. Idem accidere solet, dum, fugatis paroxysmis cinchona, remediis amaris recidivas praeveniri credimus. Praesentiam fluxus menstrui non solum hîc corticis



19) Op. cit. p. 96.

usum non excludere, sed imo expostulare, nunquam obliviscendum.

Cura recidivae.

5. Febris intermittens recidiva, aliarum febrium intermittentium instar, pertractari debet. Interdum juvat et illam non statim supprimere, praecipue si desiderium ciborum a praegressa febre deletum, apparente nova, restituatur[20]). Et caussae recidivam excitantis ratio habenda. Facile enim recidiva complicata fit, quamvis praegressa febris simplex fuerit.

Ad revocandam febrem intermittentem.

6. Si forte febris intermittens praepostere sanata fuisset, quaeritur, quid ad eam revocandam fieri liceret? Favente annua constitutione adhuc febribus intermittentibus plerumque nil facilius, quam suppressam iterum excitare febrem, et quidem adhibito fortiori purgante salino. At deleta jam jam constitutione illa, vix possibile existimamus, febrem intermittentem arte excitare nisi forte ope gaz acidi carbonici[21]). Qui contagiosam febrium hujusmodi naturam admittunt, commercium cum febricitantibus suadent.

20) Cfr. §. XXIX. No. 1. (6). Saepius observationem nuper a Hobhouse factam (*New-York med. repository* 1823.) confirmatam habui, videlicet obstructiones lienis, hepatis, dyspepsiam ex febre intermittente praepostere sanata pullulantes, vix aliter tolli posse, nisi per hujusmet febris recidivam eamque naturae commissam.

21) Vid. Hufeland's *Journ. der prakt. Heilkunde.* 6. *B.* p. 278. 282.

10/55